

A Porretanean Commentary on Aristotle's *Categories*

edited by

Sten Ebbesen

1. The Work

In recent years there has been a growing interest in the philosophical sects of the twelfth century – *Nominales*, *Parvipontani* alias *Adamitae*, *Montani*, *Meludinenses*, *Porretani* and others. On several occasions I have claimed that reflection on the *Ars Vetus* was the prime source of the theses by which each sect identified itself, though a partial exception might have to be made for the Porretaneans, who were very much inspired by Gilbert of Poitiers's comments on the Boethian *Opuscula sacra*.¹ To test the validity of that claim we need editions of *Ars Vetus* commentaries that can be safely ascribed to members of one sect or another. In CIMAGL 70 (1999) I published a commentary on Aristotle's *Categories* that could with some probability be attributed to a late adherent of the nominalist sect ("Anonymus D'Orvillensis"). In this issue of CIMAGL I shall publish a fragment of a commentary that is indisputably Porretanean, whence I call its author "Anonymus Porretanus". The date of composition would appear to be somewhere in the third quarter of the twelfth century.

The fragmentary commentary covers *Categories* 5.2b4 - 7.6b15, i.e. the greater part of the chapter on substance, all of the chapter on quantity and the beginning of the chapter on relation. Terminology and doctrine are distinctively Porretanean, with parallels both in Everard of Ypres' *Dialogus*, in *Compendium Logicae Porretanum*, and (to a lesser degree) in *Glosule Porretane super Pricianum minorem*, as well as in Gilbert of Poitiers' commentaries on Boethius' *opuscula sacra*.²

¹ See especially, S. Ebbesen 1992: 'What Must one Have an Opinion about?', *Vivarium* 30: 62-79.

² Editions: (1) N.M. Häring 1953: 'A Latin Dialogue on the Doctrine of Gilbert of Poitiers', *Mediaeval Studies* 13: 1-40. (2) S. Ebbesen, K.M.Fredborg & L.O.Nielsen (eds.) 1983: 'Compendium logicae Porretanum ex codice Oxoniensi Collegii Corporis Christi 250: A Manual of Porretan Doctrine by a Pupil of Gilbert's' *CIMAGL* 46. NB

Moreover, “magister Gilibertus” is referred to on three occasions. One occurs in the chapter on quantity, *Cat.* 6.4b20ff:

Alia tamen ratione linea et omnis quantitas simplex dicitur. Nulla enim forma iuxta magistrum Gilibertum composita est nisi sit composita ex rebus diversorum generum, ut humanitas, cuius compositio ex diversitate effectuum perpenditur: sensibilitas enim alium effectum habet, et alium rationalitas, et sic de reliquis.

A nice match – though not *verbatim* identity – is provided by a passage in Gilbert’s commentary on Boethius’ *De Trinitate* I.2.57-58, which I quote in the apparatus *ad loc.*

The two other references to Gilbert have proved less tractable. I have found no parallels in Gilbert’s glosses on the Boethian opuscula, and it is not obvious to me what our author claims Gilbert said. The first one is this:

<5.3b19> Genus autem et species circa substantiam qualitatem determinant {circa – determinant: d.s.i.d. ms}. †Ante oculos vadit. Quid est hoc? In vivo ferit. Haec {or: hic} expositio magistri Giliberti. Quid est hoc {or hic, *maybe expunged*} in vivo ferit?† id est usque adeo accedunt ad subsistentias generales et speciales notae quod quandam rationem habent communem, utrumque enim substantia dicitur et sunt vel totum esse vel pars esse et materialiter significantur, qualem enim quandam substantiam – substantiam dico non subsistens sed subsistentiam, qualem i.e. qualiter, taliter quod illa subsistentia subiecta sit de genere subsistentium.

The passage between *obeli* is here reproduced with the punctuation of the ms. *In vivo ferire* is not a Latin idiom known to me from elsewhere, but I suspect it renders a vernacular phrase similar to modern French *toucher au vif* and means something like “touches the tender spot” or “hits the nail on its head”. Assuming (1) this to be the case, and also assuming (2) that the question mark signals an indirect question, and (3) that the second occurrence of *Quid est hoc in vivo ferit?* is a repetition due to scribal error, one may think that the sense is “It is obvious what is the sense here. The following interpretation of

addenda & corrigenda appeared in *CIMAGL* 47 (1984) 142-143 and in *CIMAGL* 57 (1988) 175-176. (3) K.M. Fredborg & C.H.Kneepkens 1988: ‘Grammatica Porretana’, *CIMAGL* 57: 11-67. (4) N.M. Häring (ed.) 1966: *The Commentaries on Boethius by Gilbert of Poitiers*, Studies and Texts 13, PIMS: Toronto.

Gilbert's is just to the point ...". I have opted for this interpretation in my constitution of the text, and in the edition the reader will find

Ante oculos vadit quid est hoc. In vivo ferit haec expositio magistri Giliberti: [Quid est hoc in vivo ferit] id est usque adeo accedunt ad *etc.*

– but I may well have misunderstood the passage altogether.

I do not even have a suggestion about how to understand the last reference to Gilbert:

<6.5b11> Amplius quantitati nihil est contrarium. Quemadmodum generalis vel <s>pecialis subsistentia et individualis proprietas non sunt causa contrarietatis, sic neque quantitas †aliquid†. Quod probat: indefinitis enim nihil est contrarium, ut bicubito vel tricubito vel alicui talium. Opponit: nisi multa paucis dicat esse contraria ponens praedicamenta haec 'multa' et 'pauca' pro causis, i.e. qualitativis, quibus debentur. Quod dicit Gilibertus †marti p(e)rdo merc.†

If *marti* is the dative of *Mars*, *merc.* might be an abbreviation of *Mercurium*, but I can make no sense of "Marti perdo Mercurium." *per* is written with the standard abbreviation for *p+vowel+r*. There is a little blank space after *do*, but this need not indicate a word-boundary, and it is just possible to read *perdomere* instead of *perdo merc*, but once again I can make no sense of the text.

Whatever the sense of the last two passages, at least the scholium on 3b19 suggests that our author had heard Gilbert comment on the *Categories* or had read glosses of his on the work. It would not be surprising if Gilbert had taught the *Categories* at some point of his career, but so far we have had no evidence that he actually did so.

Finally, in his long introduction to the exposition of *Cat.* 5.3b10ff., Anonymus Porretanus refers to some *noster magister*, who may well be Gilbert:

Noster autem magister dicit hoc dici 's/pecies praedicatur' ex hoc intellectu "aliquid singulariter unum praedicatur, cuius et aliorum unione una species fit", ut {ut: et P} aequipolleat in sensu huic 'homines sunt una species' ut 'homines' faciat in qualitativis, i.e. in humani<tativis>, quae humanitates unione sunt una species, et usque adeo quod plures homines unus, ut ait Porphyrius.

Anonymus Porretanus provides only weak support for my claim about the importance of *Ars Vetus* exegesis for the formulation of school tenets, but at least no counter-evidence either. In 1992 I said:

Boethius' theological opuscula played an undeniable role in the development of Porretan time theory, but there are other sources too.¹

and I suggested a connection to the exegesis of *Categories* 6. We do, in fact, find an extended discussion of time in our author's comments on *Cat.* 6. Another remarkable feature of the text is a lengthy digression on truth occasioned by *Cat.* 5.4a21ff. Aristotle's mention of the idea that a proposition might change its truth-value over time provokes a rather detailed exposition of the Porretanean theory of truth – obviously a piece of doctrine that was considered very important in the school, as the theme is also taken up both in *Compendium Logicae Porretanum* and in Everard's *Dialogus*. Strangely, the topic of change of truth-value is not really discussed. While not proving that reflection on the *Categories* was the starting point for the Porretanean theory of truth, our text at least shows that the exegesis of *Categories* 5 was one of the places where it could be presented, and possibly developed.

2. The manuscript

The fragmentary work to be edited below is found on ff. 74r-79r of ms 7094A of the Bibliothèque Nationale de France, which is among those that came to the Royal Library in Paris from St Martial in Limoges. A previous owner is attested by a 13th-century note on 97r: *Hic est liber sancti marcialis apostoli. quem Geraldus de Reillac acquisiuit. Si quis eum furatus fuerit. vel. a monasterio sancti marcialis alienauerit: anathema sit.* The same formula occurs in a manuscript now among the *Reginenses* in the Vatican.² Delisle³ notes that Gerald gave several

¹ Ebbesen, S. 1992: 'What Must one Have an Opinion about?', *Vivarium* 30: 62-79, at p. 72.

² *Reg. lat.* 1003. See Pellegrin, E. 1973: 'Possesseurs français et italiens de manuscrits latins du fonds de la Reine à la Bibliothèque Vaticane', *Revue d'Histoire des Textes* 3: 271-297, at pp. 281- 282.

juridical and medical mss to the monastery, but gives no chronological information about him.

The ms contains ff. III (blank) + II (numbered “1”) + 96 (numbered “2-96” + one unnumbered) + III (blank). The material is parchment, and the leaves measure about mm. 190 × 129, with small variations in size. Fol. 74 measures mm 187 × 127. There are three main parts (α , β , γ), all apparently from about the middle of the 12th c. Part β consists of two quires, $\beta 1 = 66-73$ and $\beta 2 = 74-81$, each with an individuality of its own. In $\beta 1$ each page has a little blank margin all around the text, in $\beta 2$ there is blank margin only at the bottom of the page. On ff. 76 and 77 cropping has sometimes resulted in loss of a letter or so in the outer margins. A couple of Ø-like signs inserted in the text on 76vB and 77rA may refer to marginal additions now lost. There may be two hands in $\beta 1$, in $\beta 2$ there is only one. It is unclear to me whether it may be the same as (the) one found in $\beta 1$.¹ All of part β is somewhat untidy, without proper ruling, and suffering from flaws in the parchment. There are two columns to a page, but no fixed width of the columns. Even the lines of one and the same column do not keep the same length. In $\beta 2$ there is only a minimum of space to separate right-hand from left-hand columns, but a line has been drawn from top to bottom of the page between the two columns.

³ Delisle, L. 1868: *Le Cabinet des manuscrits de la Bibliothèque Impériale* I: 391-2, Paris.

¹ The codicological information derives from autopsy. I inspected the ms in 1995 and again in 2001. See also the description in Iwakuma Y. 1989: ‘Two More Instantia Texts. An Edition’, *ZINBUN, Annals of the Institute for Research in the Humanities, Kyoto University* 24: 13-88, at pp. 16-18.

CONTENTS OF THE MS:

- α 2r-65r Medical works. 65v vac.
- β1 66r-68r Anonymus Lemovicensis, *Tractatus de syllogismis*.¹
68r-73v Anon., *Quaestiones theologicae et notulae grammaticae*.
- β2 74r-79r Anonymus Porretanus, *Commentarium in Categorias Aristotelis* (fragm.). Edited below. C12 in J. Marenbon's 1993 list.²
79r-81r Anon., *Notulae plerumque theologicae*.
- γ 82r-83r Anon., *Comm. in Boethii Syll. Cat.* (acephalous).
83r-92r Anon., *Comm. in Boethii Divis.* (83rB inc. Intentio B. est in hoc opere tractare de divisionibus, i.e. dare preceptiones ad componendas regulares divisiones. 92rA: EXPLICIVNT GLOSULE DE DIVISIONIBVS)
92r-95v Anon., *Comm. in Boethii Diff. Top.* B7a in Green-Pedersen's 1984 list.³ 96r-v vac.

A copy of a Porretanean *Categories* commentary is most likely to have been executed in France, and both the scribe's orthography and the manuscript's provenance from Limoges are consistent with this assumption.

¹ The two texts contained in β1 were edited by Iwakuma in 1989 (see preceding footnote).

² Marenbon, John 1993: 'Medieval Latin Commentaries and Glosses on Aristotelian Logical Texts, Before c. 1150 A.D.', in Ch. Burnett (ed.), *Glosses and Commentaries on Aristotelian Logical Texts*, Warburg Institute Surveys and Texts 23, at pp. 98-127. Reprint in Marenbon, J. 2000: *Aristotelian Logic, Platonism and the Context of Early Medieval Philosophy in the West*, Variorum.

³ Green-Pedersen, N.J. 1984: *The Tradition of the Topics in the Middle Ages. The Commentaries on Aristotle's and Boethius' 'Topics'*, Analytica, Philosophia Verlag: München / Wien.

3. Quality of Text in the ms.

For all its untidy appearance, the quality of the manuscript's text of the *Categories* commentary seems decent, though it may be corrupt in more places than the editor has realized.

Errors that presuppose copying from a written exemplar are not very numerous, but they do occur. Thus 'decem' for 'determinatorum' at 75vB, 'cum quantum' for 'tamquam' at 77rA. On the other hand, at least one correction could suggest authorial invention: at 76rA 'offensione' has been corrected into 'offensa'; that suggests an author who decides to replace an ordinary word with a more exquisite one of the same sense. So we seem to have a case of a text that was being copied and edited at the same time.

4. Punctuation and Orthography in the *Categories* commentary

The scribe uses no paragraph signs or equivalent devices. He employs three fundamental punctuation signs: (1) a point, (2) a "semicolon", roughly of the shape " ~ ", (3) a question mark. He follows Late Medieval standard orthography (LMS) with reasonable consistency.

Usually <e> is employed for classical <ae>. On rare occasions one finds an *e caudata*, e.g. once <equivoce> on 74rA, and once <materię> on 74rB (but elsewhere a plain <e>, even in those particular words). Instead of <inquit> and <relinquit> the scribe prefers <inquit> and <relinquit> (both LMS).

The use of <h> generally follows classical and LMS norm, but there is one case of <hunus> for <unus>. The scribe writes <compreendi> without an <h> at 74rA, but twice <comprehendit> at 75vB. Once (78vB) <habet> is spelled <abet> without the initial <h>.

In the scribe's Latin pronunciation <c> was rendered [s], as is evident from such spellings as <decendere> for <descendere> at 75rA and <subceptium> for <subseptium> at 76rA. This, of course, agrees with the assumption that the manuscript was produced in France.

There scribe shows some uncertainty about how to spell deverbatives ending in /-sio/ or /-tio/. Besides the expected forms we find <succetione>

and <protraxio> for <successione> and <protractio>, respectively, at 77rA, and in the same column there are three misspellings of <decessione>, viz. <decesione>, <decretione> and <decesione>.

An <s> tends to be lost before a plosive:

sp: Repeatedly <tranponere> for <transponere>, <perpici> for <perspici> at 74rA and 74vB, twice <pondet> and twice <spondet> at 76rB, <pecialis> for <specialis> at 78vA.

st: <contruatur> for <construatur> at 75vB. Consistently <intertitium> for <interstitium>, Conversely <protracta> for <protracta> 77rA.

sc: <circumcriptio> at 77rA.

5. Ratio edendi

The edition is based on a transcription done from photographs of the ms, but later collated against the ms itself.

I use my own orthography, punctuation, and paragraphing. For the orthography of the ms, see § 4, above.

Differences between *a.c.* and *p.c.* readings are recorded, even when of small consequence. Usually this is done in the text, original but cancelled formulations being in [[.]], their substitutes in \.../. Occasionally I have preferred to make a note in the apparatus.

ARISTOTELIAN LEMMATA. The ms uses underlining to mark off Aristotelian lemmata, and I follow it on this point, hardly ever correcting its use of underlining, though at the beginning of new major sections I deviate from the ms by marking the lemmata by means of small capitals instead underlining. I have generally refrained from correcting the lemmata, even if they disagree with the *Aristoteles Latinus* text.

Insofar as the text used by Anonymus Porretanus can be recognized through the veil of the abbreviations, it is closest to the one printed as *Editio composita* in *Aristoteles Latinus* I.1-5, ed. L. Minio-Paluello 1961

Whenever a paragraph starts with a lemma, and occasionally elsewhere, I have supplied references to chapter, column and line of Bekker's edition of Aristotle, format: <5.2b5>.

COMMENTARY. I have tacitly resolved the numerous abbreviations used in the manuscript; the actual abbreviations are only reproduced in the apparatus in a few doubtful cases. For "id est" and "scilicet", written ".i." and ".s.", I use "i.e." and "sc.".

Porretanean texts are always difficult to read, and I confess to being uncertain about the sense of several passages of our text. For this reason I have exercised restraint in the use of conjectural emendation. Dr Fabrizio Amerini kindly read through the whole edition with great care when it was close to having obtained its final form, and apart from detecting errors of mine he contributed some important conjectural emendations. Future readers are likely to find more problematic places and come up with more good conjectures.

6. SIGLA

P	codex Parisinus, BNF, lat. 7094A: 74rA-79rA,
[album]	<i>album delendum censeo</i>
[[album]]	<i>album deletum habet codex</i>
<album>	<i>album, quod numquam in codice vel codicibus fuit, addendum censeo</i>
< <album> >	<i>album, iam deperditum vel invisibile, in codice integro extitisse puto</i>
\album/	<i>album secundario (inter lineas vel in margine) inseruit scriba</i>
***	<i>lacuna a scriba indicata</i>
< *** >	<i>lacuna a me statuta</i>
†album ac†	<i>verba album ac corrupta esse puto</i>
...	<i>vox quam vel litterae quas legere nequivi</i>
(?)	<i>de lectione vocis praecedentis dubitare licet</i>
alb()	<i>quae litterae post alb scribendae sint propter compendium non liquet</i>
<i>add.</i>	<i>addidit</i>
<i>om.</i>	<i>omisit</i>
<i>cf.</i>	<i>confer, conferend-us/a/um etc.</i>
<i>Arist.</i>	<i>Aristoteles, textus Aristotelicus</i>

Anonymus Porretanus
Commentarium in Categorias Aristotelis

[C12]

< *** > /P 74rA/ < 5.2b6 > “destructis primis impossibile est aliquid aliorum remanere”, destructis, dico, ab esse, non enim si intellectu destruuntur necesse est destrui superiora, et est locus ab effectu in causam cum dicit “destructis primis necesse est alia destrui”, destructo enim effectu ab esse destruitur causa ab esse,¹ remanet tamen in intellectu. Primae vero vice versa sunt in secundis, quicquid enim praedicatur ad suppositionem generis vel speciei de aliquo, illud idem ad suppositionem individualis proprietatis praedicatur de eodem, ut si dicam ‘homo est animal’ vel ‘est lineatus’ vel ‘pater’ vel aliquid [alio] aliorum praedicamentorum, et ‘Socrates est animal’ et ‘lineatus’ et ‘pater’ etc.

Item, de quocumque praedicatur vel genus vel species, de eodem praedicatur aliqua individualis proprietas, ut non ex sensu unius tantum nec ex sensu omnium, sed ex sensu cuiuslibet omnium. Prima enim non expressione proprietatis [[sce]] sed quodam confuso intellectu. Inde est quod destructis superioribus destruuntur inferiora.

< 5.2b4 > Quare omnia alia – ab exemplis est illatio.

< 5.2b5 > Non ergo existentibus primis etc. Ratio complectendi est ex eo quod dixit “omnia alia a primis aut de subiectis dicuntur primis substantiis aut in subiectis eis sunt”. Hoc autem quod dicit non existentibus primis videtur esse contra Platonem. Sed de diversis Aristoteles et Plato dixerunt. Aristoteles enim de generibus et speciebus sive aliis formis loquens dixit esse in primis substantiis, et numquam extra, intelligi tamen extra, ut natura eorum \valeat/ perspicui et proprietatis comprehendi. Plato autem totum contrarium:² dixit enim intelligi in istis primis, extra vero suum esse habere – Plato, dico, loquens de tertio mundanarum rerum principio. Sunt enim tria rerum principia aeterna secundum Platonem: opifex, exemplar, hyle; de

¹ causa ab esse] ab esse causa P a.c.

² contrarium] vel contra P.

quibus unum et idem esse praedicatur univoce – non dico univoce i.e. definitione data secundum hanc notam, sed non aequivoce. Si vero dicatur ‘deus est, Plato est’, neque aequivoce neque univoce. De uno enim proprie, i.e. de opifice; de altero vero transumptive, i.e. Platone. Similiter cum dico ‘exemplar est, Plato est’, neque aequivoce neque univoce. Similiter cum dicitur ‘hyle est, Plato est’. De creaturis vero praedicatur esse aequivoce. Cum enim dico ‘Plato est’ potest dici ex¹ multiplici sensu, i.e. “Plato est ab opifice” vel “ad exemplar” vel “in hyle”, et ita ‘est’ praedicatur aequivoce. [[Si vero dicam Plato est Socrates est aequivoce univoce potest dici quia enim de utroque potest dici ex sensu cuiuslibet trium ut de utroque]] Si vero dicam ‘Plato est, Socrates est’ aequivoce \et/ univoce potest dici, quia enim de utroque potest dici ex sensu cuiuslibet trium, i.e. quod sit vel ab opifice vel ad exemplar vel in hyle, vel etiam unum de tribus [...] potest dici de altero et aliud de altero, aequivoce de his praedicatur esse. Si vero dicam ‘Socrates est, Plato est’ ut de utroque intelligatur quod sit ab opifice, univoce praedicatur. Sed² si dicam ‘latrabilia animalia sunt canes’ et aequivoce et univoce potest praedicari; quia enim ex sensu cuiuslibet trium potest dici, aequivoce praedicatur;³ et quoniam secundum significationem unam species de suis individuis praedicatur, patet quoniam univoce⁴ dicitur.

<5.2b7> SECUNDARUM VERO SUBSTANTIARUM ETC. Quae differentia⁵ secundarum sit contra primas et accidentia assignavit, et ex eo complexus est: ergo omnia alia a primis aut de subiectis primis substantiis dicuntur aut in substantiis sunt. Et ad hoc devenit sermo quod inde intulit “non existentibus primis etc.” Nunc quae⁶ sit secundarum inter se aggreditur ostendere, dicens quoniam magis substantia est species quam genus. Melius dixisset ad proprietatem “magis \est/ substantia specie quam genere”, est enim sensus huius

¹ ex] vel est P.

² sed] ut P.

³ praedicatur] vel praedicari P.

⁴ univoce Amerini] aequivoce P.

⁵ quae differentia] quid P.

⁶ quae] quid P.

dicti “species magis est substantia quam genus” i.e. subsistens pluribus evidētia et assignatione est suppositum specie[[i]] praedicata vel supposita quam genere praedicato vel supposito. Et huic expositioni consonat sequens littera qua dicitur propinquior est enim primae substantiae. Qua ratione propinquitatis? \Et/ evidētia sc. et assignatione. Quod probat sic: <2b8> Si quis enim assignet etc.

<5.2b15> Amplius principales substantiae. Aliam assignat differentiam secundarum inter se per collationem primarum. Quod primae substantiae aliis subiaceant patet: \prima/ enim substantia ut Socrates subiecta est omnibus praedicamentis omnium generum, Socrates enim [[et homo est]] et homo est ***¹ et pater et rationalis et urit et uritur et sedet et est hodie et est alicubi et est calciatus. Sicut² autem principales substantiae etc. ita et species ad genus, subiacent enim species generi³, non quod [genus] species non praedicetur ad suppositionem generis ut genus /74rB/ praedicatur ad suppositionem speciei, sed non qualiter praedicatio speciei partitur suppositionem generis, ita generis praedicatio speciei suppositionem partitur. Species de generibus non convertuntur. Haec regula non est accommoda[[ta]] generi naturalium sed cuidam generi materiae artis logicae <sive> dialecticae, sc. generi definitivo. Non enim species ad generis suppositionem praedicatur definiendo, \necesse est enim ad hoc ut aliquid reducatur definiendo/ ut †universaliter ad minus facta suppositione individuali qualitate praedicetur nisi aliquo singulari fiat suppositio.† Quare ex his etc. – ex his, dico, i.e. secundis substantiis, non ex praedictis rationibus, quod forsā videretur; ex his secundis, dico, species genere magis est substantia, evidētia sc. et assignatione, ut praedictum est.

<5.2b29> MERITO AUTEM POST PRINCIPALES SUBSTANTIAS. Quia dixerat principales subesse omnibus aliis, inde videretur fortasse quod omnia alia a primis secundae substantiae dicerentur. Hoc aufert dicens genera et species esse secundas substantias, et non genera

¹ ***] spat. vac. 5 fere litterarum P. Desideratur vox ad praedicamentum substantiae pertinens.

² sicut] vel sic P.

³ subiacent – generi linea subducta P.

praedicamentorum sed sola genera et species primi praedicamenti,¹ sola enim haec indicant principalem substantiam. Cum enim quaeritur de prima quid sit, horum praedicatione, quia ipsa et esse sunt et materialiter significantur, nomine etiam sumpto ab eisdem subsistens significatur. Hac, inquam, ratione de prima substantia quid sit horum praedictorum praedicatione indicatur. Aliquem enim hominem si quis assignaverit quid est familiaris et manifestius, quaelibet enim definitio certior debet incipere a priori. Nota quoniam quod dicit “familiaris et manifestius” non subest probationi. Aliorum vero quicquid assignaverit quilibet assignabit extranee – extranee, dico, duobus modis: praeter esse vel modum; velut rationale, quod praeter modum est tantum, non praeter esse; et album quod praeter utrumque est, quia nec esse est nec materialiter <significatur>.²

<5.2b37> Amplius principales quidem substantiae. Hoc totum videtur dici superius, non tamen dixerat superius [[genera et]] species et genera sic se habere ad reliqua omnia ut primae substantiae habent se ad ista. Cuius sequitur probatio: aliquem \enim/ hominem dicimus grammaticum esse, ergo et hominem et animal et corpus grammaticum esse. Quod quis non reciperet, non tamen veritati complexionum derogat inconsequentia dictionum. Quid aequale sit³ omnium substantiarum contra accidentia assignat. Sed quia hoc etiam commune habent cum differentiis, ideo investigabit aliam proprietatem contra ipsas differentias.

<5.3a7> COMMUNE EST AUTEM OMNI SUBSTANTIAE IN SUBIECTO NON ESSE. Licet istud possit dici tam de subsistentibus quam de subsistentiis, convenientiori tamen assignatione de subsistentiis hoc solum \dicitur/. Otiosum enim esset hoc dicere de subsistentibus. Primae substantiae tamen videntur esse in subiecto. Socratitas⁴ enim, quia et albedo est et crispitudo et cetera, ex maxima parte videtur esse

¹ Cf. *Compendium Logicae Porretanum, in enumeratione positionum* (CIMAGL 46: 112): < III.32 > In IX predicamentis non est universale quod sit genus vel species nec singulare nec individuum.

² <significatur> *coniecit Amerini*.

³ sit] fit P.

⁴ Socracitas P *hic et passim*.

accidentalis; non est tamen, non enim dicitur accidentale aliquid nisi secundum se totum, et ita cum Socratitas accidentale non sit, in subiecto esse non potest. Similiter haec species “homo”, quamvis conformet subiecta sua secundum plures partes, quemadmodum haec species “asinus”, non tamen conformantes hae duae species dicuntur, quia non est conformatio in toto qualitatis. Principalis namque substantia neque de subiecto dicitur neque in subiecto est. Ad amplius debito facit haec probatio; quod enim dicit de subiecto dicitur non est de probatione, nec ideo vitium est. Secundarum vero substantiarum constat quidem etiam sic quia nulla est in subiecto. Bene dixit constat: parte enim, quia nulla \pars/ etiam secundarum substantiarum in subiecto est.

<5.3a15> Amplius eorum quae in subiecto sunt nomen <*** nomen> et ratio secundarum substantiarum †quidem†.¹ Aliam assignat proprietatem secundarum contra accidentia quia et nomen et ratio secundarum substantiarum de subiecto dicitur, accidentium vero nomen aliquando, rationem vero impossibile est. Sed hoc falsum videtur, quicquid enim nomine praedicatur et ratione praedicatur, ut si quid est album et est affectum albedine; sic et in aliis. Notandum vero est quod Aristoteles in hoc loco non dignatur dicere rationem nisi certitudinem et maximam, i.e. quae fit ex genere et ex differentiis. Licet \enim/ sit certitudo, ut si dicatur ‘animal risibile’² – magis enim facit intelligentiae quam si dicerem ‘est animal rationale’ –, tamen non est maxima: /74vA/ †est enim risibile, est etiam substantia†³ itaque non dicitur ratio. Similiter principales substantiae nomine et ratione non praedicantur, licet enim plena certitudine, i.e. descriptione, demonstrantur, quia tamen non est maxima, cum non sit esse non erit ratio, ergo non erit substantia horum quae in subiecto sunt. Haec illatio si fiat ex sensu tam primarum quam secundarum non est necessaria nisi inferatur ex ante dictis et hic posito.

¹ *Lemma corruptum. Hac sub forma in editione composita Categoriarum legitur (AL I.1-5: 51):* Amplius autem eorum quae in subiecto sunt nomen quidem nihil prohibet aliquando praedicari de subiecto, rationem vero impossibile est. Secundarum vero substantiarum praedicatur et ratio de subiecto et nomen.

² risibile] r[[ationa]]\isibi/le P.

³ *Lacunam latere suspicari licet.*

<5.3a21> Non est autem hoc proprium substantiae, sed etiam differentiae quod in subiecto non est, bipes enim et gressibile. Hic non dignatur Aristoteles appellare differentias nisi substantiales, ‘gressibile’ tamen nullo modo est substantialis sed accidentalis, praedicat enim aptitudinem sicut ‘risibile’, gressibile enim dicitur habens aptitudinem extendendi unum <pedem> et alium¹ retinendi, [[hoc]] \ut/ ‘risibile’ praedicat aptitudinem aperiendi et contrahendi labia, fungitur tamen loco cuiusdam differentiae cuius nomen non habemus, quae ficto nomine potest vocari ‘pedale’; ‘bipes’ etiam si quis bene consideret, non erit substantialis, tenet enim duo implicita ut ‘magnanimus’, quae duo iuvant eius significationem, sc. genus pedum et numerus, non tamen haec duo significat. Et ex hoc patet quia non est differentia, praedicat enim² potentiam eundi, complet tamen locum cuiusdam differentiae cuius nomen non habemus, quod, si esset, utique designaret quantum ‘pes et pes’. Si quis opponat ‘rationale’ non esse differentiam substantialem quia praedicat aptitudinem ratiocinandi, nulla est obiectio, non enim ratiocinandi actus in hominis arbitrio et voluntate positus est ut praedicta, sive enim homo velit sive non velit ratione tamen discernit.

<5.3a27> Ratio tamen gressibilis de homine praedicatur, est enim homo gressibilis. Non bene videtur probare rationem de aliquo praedicari ex eo quod nomen praedicatur. Si quis tamen bene attendat praedictam regulam, sc. “quando alterum \de altero/”, patet vera esse probatio.

<5.3a29> Non vos vero conturbent substantiarum partes. Apud philosophos quaestio fuit utrum omnia illa quae in aliquo sunt ut de illo, et non tamquam ad subiectum, et illa quae sunt in aliquo non ut de illo, sed ut ad illud, sint in subiecto. Patet vero cuilibet quod nec omnia talia sunt in subiecto neque omnia non sunt in subiecto. Albedo \enim/ in aliquo est et de eo, ut in Socrate, et de ipsa neque ad ipsam tamquam ad subiectam,³ et inest subiecto: non enim sequitur rationem eius cuius est pars. Substantialis vero differentia in aliquo est tamquam ad subiectum, i.e. in genere quod aliqua ratione subiectum est ei neque de

¹ alium] *vel* aliud P.

² enim potentiam] impotentiam P.

³ subiectam] *fort.* subiectum *scribendum*.

ipso est differentia, et non est in subiecto. Sequitur enim <rationem> sui generis, est enim esse velut genus. Item differentia in aliquo est, ut in specie, et de illo nec tamquam ad subiectum nec est in subiecto. Sequitur enim rationem totius.

<5.3a33> INEST AUTEM SUBSTANTIIS ET DIFFERENTIIS EX HIS OMNIA UNIVOCE PRAEDICARI. Ratio assumendi est ex eo quod dixit secundas substantias et differentias nomine et ratione praedicari. Littera †sic \.../† inest substantiis et differentiis i.e. convenit ex his omnia i.e. omnibus quae ex his sunt praedica<bi>lia ut de subiecto praedicari univoce. Quod sic probat: omnia enim quae ex his sunt praedicata i.e. praedicabilia ut de subiecto aut de individuis aut de speciebus i.e. individuali et speciali qualitate de subiectis, a principali namque substantia nulla est praedicatio, haec universitas sc. nulla est accommoda non generi naturalium sed cuidam generi huius artis materiae, i.e. generi definitivo. Nulla enim prima substantia definitivo genere praedicatur, est enim divisiva haec ‘hic homo est Socrates’, et est grammatica declaratio, quam grammatici hennoian¹ vocant, i.e. ad nomen declarationem. Est etiam haec eadem quadam ratione definitiva, solum enim de hoc homine verum est quod sit Socrates, et quicquid est hic homo est Socrates. Proprie tamen definitiva dicitur in qua genus vel species et differentia praedicatur. Definitiva etiam largius dicitur in qua praedicatum universaliter ad subiectum fertur, ut ‘omnis homo est risibilis’ et ‘omne risibile est homo’. Dicunt tamen quidam quod non quemadmodum speciem accidens declarat, ita species declarat suum accidens. Sed cum species quadam ratione subiecta sit accidenti, accidentis vero divisio per subiecta fiat, sicut fit subiecti per accidentia, patet ex ratione dividendi quod utrumque utroque declaratur. Nota quod si dica/74vB/tur ‘quidam homo \est/ animal’ ut tacitum² intelligatur negatum,³ divisiva est. Hoc nomen enim ‘homo’, cum sit nomen tam eorum qui non sunt quam qui sunt, potest supponere eum qui non est homo. Unde possumus dividere “hominum alii vivi, alii mortui”.

¹ i.e. ἔννοια.

² tacitum] *vel fort.* tacite P.

³ negatum] *utrum* -um *an aliam terminationem praebeat* P non liquet.

<5.3a39> Genus autem et de specie et de individuo. Quare non dixit genus de differentia ut de specie praedicari? Ideo quia dubium foret an de differentia constitutiva generis an divisiva diceretur. Quod si de constitutiva diceret <ur> falsum esset.

<5.3b10> Proprietatibus substantiarum quibusdam assignatis, quarum una omni et non soli, alia nec omni nec soli substantiae convenit, deinde proprie proprium substantiae investigat, quod sc. omni et soli substantiae convenit. Sed ante illius proprii assignationem, quod errore omni substantiae convenire videbatur falsum esse demonstrat. Illud autem quod omni substantiae convenire videbatur est quod omnis substantia hoc aliquid significat. Quod \quidem/ falsum est. Sola enim appellatio primae substantiae significat hoc aliquid. Modo transponatur sic: “significat aliquid hoc”: “aliquid” i.e. unum numero, et singulariter unum, “hoc” i.e. distinctum, discretum, divisum a ceteris qualitate dissimilitudinis et expressione suae proprietatis, et ita quod ex significatione et¹ modo significandi nec ipsum alii nec aliquod illi actu vel natura conferibile sit, itaque quod appellatione cuiuscumque primae substantiae significatur, quae appellatio sit a qualitate dissimilitudinis, ita quod significatur quod ex significatione in nullorum communione relinquitur, sed extra omnem aliorum communionem ducitur, et ita quod hoc ex significatione detur, ut haec appellatio ‘Socrates’ significat Socratem divisum, discretum, distinctum ab omnibus aliis, et in nullorum communione relictum, ut hoc verbum rationis, i.e. ‘significat’, sit et transitivum et demonstrativum, i.e. substantivum. Hic enim ‘hoc’ significatur “quod est hoc” et “esse hoc”. Quemadmodum ‘video’ potest esse et transitivum et demonstrativum, i.e. cum dico ‘video vulneratum’ – potest enim intelligi “video vultum i.e. illum qui est vulneratus”, et potest etiam dici ex hoc sensu “video eum vulneratum, i.e. visus mihi nuntiat esse vulneratum illum quem video” – similiter videtur quod appellatio secundae \substantiae/ hoc aliquid significat, et hoc appellationis figura, i.e. terminatione singulari, quae singularis terminatio figura dictionis dicitur, i.e. perfectio, quia quemadmodum figura sive forma materiam ducit ad perfectionem, ita terminatio dictionis ad illius nos ducit certam significationem. Et

¹ et Amerini] ex P. Cf. similem correctionem infra.

quemadmodum res consequitur perfectionem ex formatione et figuratione, ita et dictio ex terminatione habet perspicui et perfecte dinosci. Cum enim aliquis dicit 'a', nondum scit auditor cuiusmodi¹ vocem, utrum sc. 'amo<r>' vel 'amori' vel quam aliam debeat proferre. Et nota quod non dicitur figura vel terminatio huius nominis 'amor' vel '-is' vel '-i' vel '-em' vel '-e' vel '-es' et ita de reliquis, sed illa sola in qua nomen est impositum, i.e. singularis terminatio nominativi. Et si ita propter singularem terminationem appellatio secundae substantiae videatur <hoc> aliquid significare, quia per illam sermo est de uno singulariter uno et numero uno, tamen non est verum quod significet aliquid hoc, sicut expositum est superius significari aliquid hoc a prima substantia, quod quia significatur ex significandi <modo> et² significatione non est discretum, distinctum, divisum a ceteris qualitate dissimilitudinis³ et expressione proprietatis, nec extra communionem aliorum significatum est, sed in communionem est relictum, et ita quod ex significatione illa conferibile est omnibus eiusdem rationis. Unde Auctor convenienter dicit "significat quale aliquid" ("tale" debet praecedere "quale"). Appellatio ergo secundae substantiae significat aliquid, i.e. unum singulariter unum, sed illud significat tale quale est omnis⁴ illius species vel genus, non quale ipsum sed quale omne⁵ aliud /75rA/ eiusdem speciei vel generis, ita illud unum significat quod non discretum, distinctum, divisum a ceteris qualitate dissimilitudinis et proprietatis expressione, nec esse tractum extra communionem aliorum sed in communionem omnium relinquens, et ita quod ex significatione ceteris omnibus est conferibile, ut 'homo' significat hominem et unum, sed illum unum non significat hunc vel hunc, i.e. Socratem vel Platonem, sed in communionem relinquit, nec ex significatione demonstratur quid hoc significetur, hoc enim, i.e. hominem et unum, significat, sed quid hoc significet non demonstrat, cum enim significatum huius nominis 'homo' sit homo et unus, et unus homo [[sit]] sit Socrates, unus homo sit Plato, non tamen ex

¹ cuiusmodi] *lectio incerta*.

² significandi modo et] significando ex P. Cf. *similem correctionem supra*.

³ dissimilitudinis Amerini] dissimilibus P.

⁴ omnis] *lectio incerta*.

⁵ ipsum – omne] sed quale omne ipsum P a. c.

significatione [[h]] unus homo quod est huius nominis significatio demonstratur esse Socrates vel Plato, hoc enim praeter significationem est.

Quia ergo nomen secundae substantiae significatum suum relinquit in aliorum communione, dixerunt Auctores hoc nomen esse speciei vel a specie, non attendentes quod significatur <vel> quod praedicatur. Homo enim <et> unus significatur, humanitas et una praedicatur, et denominat <ion> e illa qua Plato homo est et dicitur 'Plato homo est'; non attendentes, dico, id quod praedicatur sed unionem illius quod praedicatur et aliarum eiusdem iuris et rationis humanitatum, quae unio facit esse speciem. Cum autem dicitur "'Homo' significat hominem et unum", hoc verbum demonstrativum est ad hos accusativos, sc. 'hominem' et 'unum', et ad Socratem vel Platonem neque transitivum neque demonstrativum, quia etsi unus homo sit Socrates vel Plato, hoc praeter significationem est. Et hoc iterum de vulnerato sive de turpi potes inducere.

Item, notandum quod alii dicunt: id quod praedicatur hoc nomine non est species, sed praedicatur species. Et sic exponunt: "praedicatur species, i.e. praedicatur specialiter, i.e. communiter"; "praedicatur genus, i.e. generaliter".

Noster autem magister dicit hoc dici 's/pecies praedicatur' ex hoc intellectu "aliquid singulariter unum praedicatur, cuius et aliorum unione una species fit", ut¹ aequipolleat in sensu huic 'homines sunt una species' ut 'homines' faciat in qualitativis, i.e. in humani <tativis>, quae humanitates unione sunt una species, et usque adeo quod plures homines unus, ut ait Porphyrius.² Ex hoc ergo intellectu attendendum est: significat, praedicat speciem, i.e. aliquid in communione relictum, quae communio facit plurium esse speciem vel genus vel huiusmodi. Unde numquam dicendum est 'homo est species, est universale' nisi usurpata significatione pluralis terminationis ad singularem terminationem, et hoc causa unionis, quae unio plures humanitates facit esse unam speciem.

¹ ut] et P.

² *Porph. Intr. 6.21 Busse. Trl. Boethii (AL 1.6-7:12)*: participatione enim speciei plures homines unus.

Item potest dici quod 'homo' significat hominem omnem. Sed quid significat 'omnem hominem'? Hominem et unum, Socratem enim significat hominem et unum, et Platonem et Ciceronem et unumquemque significat hominem et unum.

Sed dividendum est ratione inter significationem et haec alia, sc. propositionem, suppositionem, praedicationem, dictionem. Haec enim – id est propositio, suppositio, dictio, praedicatio – faciunt nos descendere ad id quod singulariter est unum et extra aliorum communionem relictum †tractum† \ut cum/ dico 'quidam homo est animal' de Socrate propono, Socratem suppono, animalitatem Socratis praedico, de Socrate dico quod dico. Hoc autem non dat significatio nec facit animum auditoris descendere ad id quod extra communionem relictum sit, dat enim tantum significatio quod quidam homo, †industriaque¹ praedicta continet† quod sit Socrates vel quod sit Plato, nec ista complexio 'omnis homo est animal' docet quod Socrates vel Plato, nec quod praedicetur animalitas Socratis vel Platonis, sed quod omnis, et quod de omni sermo sit datur ex significatione, propositione vero quod de Socrate et Platone et ita de ceteris, et quod animalitates Platonis et Socratis et aliorum praedicentur.

Item, nota quod appella\tio secundae/ substantiae dicitur significare aliquid quale, et glosant quidam: "quale id est qualiter, id est communiter", quod non videtur sufficere [convenire] nisi addatur 'aliud', et sic dicatur "significat aliquid quale aliud". Et ideo sufficere non videtur nisi cum additamento de 'aliud', quia et proprium nomen significat qualitatem sicut appellativum, non tamen qualitatem cuius et aliarum collatione aliquid alii sit conferibile, quod facit appellativum; et ideo debet addi 'quale aliud', significat enim 'homo' hominem et unum, qualis est quilibet, qualis est omnis alius, 'Socrates' vero significat hominem et unum qualis nullus alius est.

<5.3b10> Omnis autem substantia videtur hoc aliquid significare.

Ex qua ratione² /75rB/ dicimus "accidens supponitur generi et species generi subicitur" – dicens enim "species" mentis intelligentiam philosophilogicus³ in subsistentiam figit, per hoc vero quod sequitur

¹ industriaque] *vel* industria quia P.

² Ex qua ratione *linea subducta* P.

³ philosophilogicus] *vox suspecta*; philosophilogicus *vel* philosophi logicus P.

“subicitur generi” reducitur mens ad subiectum speciei – hac, inquam, ratione dicitur Omnis substantia videtur hoc aliquid significare, dicens enim ‘substantia’ animum figit in subsistens, dicens autem ‘videtur significare’ transmittitur ad voces, quarum est significare. Exponitur ergo sic: Omnis substantia videtur i.e. omnis nota tam primae quam secundae substantiae, i.e. omnis nota tam individualis quam generalis vel specialis videtur hoc aliquid – transponere oportet – aliquid hoc. Haec propositio, ut quibusdam videtur, non est multiplex. Licet enim in alio animum auditoris figat et aliud sit eius materia, et licet transumptio fiat a re ad nomen, tamen quia id in quo¹ animus figitur et aliud non sunt eius materia, haec et consimiles una est et non multiplex.

<5.3b10> Et in primis quidem i.e. in notis primarum² indubitabile et verum est quod hoc aliquid significat. indubitabile et verum transponite: verum et indubitabile. Verorum enim alia sunt dubitabilia, alia non. Nota quod “indubitabile” ponitur ad determinandum “verum”, non “verum” ad “indubitabile”. Hoc aliquid dico quod divisum et discretum in nullorum nulla communione relinquitur. Individuum enim est et unum numero quod significatur – similiter transponitur – unum numero et individuum, non enim omne unum numero est individuum, sed omne individuum est unum numero.

<5.3b13> In secundis vero substantiis videtur quidem similiter sub appellationis figura hoc aliquid significare. Figura appellationis³ dico, id est figurali appellatione, id est terminatione appellationis, quae terminatio figura sive forma dicitur eo sc. quod [que⁴] quemadmodum forma materiam ad perfectionem ducit, sic et terminatio animum auditoris ad notitiam dictionis eius cuius est terminatio admovet. Non tamen verum est sed magis quale quid, transponite “aliquid quale” quod extra communionem aliorum ductum non intelligatur, significat dico aliquid tale quale \est/ aliud, quod primae, i.e. notae primarum, non faciunt, quae ita aliquid tale significant quale nullum aliud est, quando quis dixerit hominem vel animal,⁵ neque enim unum est quod

¹ quo] qua P.

² in notis primarum *linea subducta* P.

³ Figura appellationis *linea subducta* P.

⁴ que] *vel* quia P.

⁵ quando – animal *sine linea subducta* P.

subiectum est non negat unum esse sed negat unum significari discretum in nullorum nulla communione relictum, quod vult littera sequens, sc. haec quemadmodum prima substantia. Sed de pluribus homo dicitur et animal dixi non ita¹ significatione discretum sed in communione relictum, etiam extra ductum, quae communio multorum est. Quod designat cum dicit de pluribus homo et animal dicitur, non autem simpliciter aliquid quale significat – simpliciter dico – et accidentaliter – quia quod significat praeter id quod est quale, i.e. qualitatem, non solum genere qualitas est sed habitus genere et substantia ratione, quemadmodum album, nihil enim² aliud significat album quam qualitatem³ i.e. praeter id quod est album non significat nisi id quod solum genere qualitas est.

<5.3b19> Genus autem et species circa substantiam qualitatem⁴ determinant. Ante oculos vadit quid est hoc. In vivo ferit haec⁵ expositio magistri Giliberti: [Quid est hoc⁶ in vivo ferit]⁷ id est usque adeo accedunt ad subsistentias generales et speciales notae quod quandam rationem habent communem, utrumque enim substantia dicitur et sunt vel totum esse vel pars esse et materialiter significantur, qualem enim quandam substantiam – substantiam dico non subsistens sed subsistentiam, qualem i.e. qualiter,⁸ taliter quod illa subsistentia subiecta sit de genere subsistentium. Plus autem in genere quam in specie determinatio fit,⁹ non dico determinantior vel significantior subiectorum demonstratio genere vel specie, sed quoniam subiectum in ampliori similitudine relinquitur subiectum genere quam specie. Quod probat sequens littera: dicens enim animal plus complectitur quam hominem.

¹ ita] *lectio incerta*.

² enim] *nescioquid P, vix enim*.

³ significat – *qualitatem nulla linea subducta P*.

⁴ circa substantiam qualitatem determinant] *d.s.i.d. P*.

⁵ haec] *vel hic P*.

⁶ hoc] *vel hic, fortasse expunctum, P*.

⁷ ante oculos – ferit] *De sensu horum verborum videsis quae in praefatione dixi*.

⁸ qualem i.e. qualiter] qualem i.e. qualiter P.

⁹ genere – fit] genere quam in s.d. fi. *sine linea subducta P*.

<5.3b24> INEST AUTEM SUBSTANTIIS NIHIL ESSE CONTRARIUM. Licet enim subsistens et subsistentia a substando utrumque dicatur substantia eo quod substant accidentibus, tamen quod hic dicitur, sc. substantiis nihil esse contrarium, in subsistentibus facit et non in subsistentiis. Subsistentia enim non sunt contraria ex causa primarum, i.e. individualium, qualitatuum vel secundarum, i.e. generalium vel specialium; primae enim substantiae nihil est contrarium neque secundae [[neque aliquid aliorum praedicamentorum primae]], quia neque prima primae neque secunda primae quam continet, neque alii neque secunda secundae neque aliquid aliorum praedicamentorum primae est contrarium, neque secundae [[primae neque secundae]].

Sed quare hoc sit videamus. Ad cuius rei notitiam /75vA/ sciendum est hic¹ quod haec ratio “contrarietas” nulli est addicta nisi secundum plenitudinem substantiae ipsius, unde primae non potest esse contraria secunda. Cum enim sit necesse ut secundum plenitudinem partium contrarietas [[diversa]]² addicta sit Platonitati, oportet ut sit addicta secundae substantiae, quae pars est Platonitatis. Quodsi secunda fuerit primae contraria, oportet ut sit eti<am> aliqua contrarietas diversa addicta qua feratur contra primam, et ita duae diversae contrarietates eidem inerunt, et sic idem erit sibi contrarium, quod omni impossibili impossibilius est. Quare secunda primae, quam continet, non erit contraria. Nec alii primae secunda [[erit]] erit contraria. Cum enim idem sit pars utriusque, i.e. humanitatis, et cuiuslibet primae saltem generalissima forma sibi invicem contraria esse non possunt, esset enim idem sibi contrarium [[cum e]], idem dico si non singularitate essentiae, saltem similitudine. Similiter neque secunda secundae, neque prima primae erit contraria propter idem inconveniens, habent enim aliquas partes communes, et si subsistens et subsistentia utrumque a substantialitate substantia dicatur eo quod substat accidentibus, tamen hoc facit in subsistentibus et non in subsistentiis, ut praedictum est. Subsistentibus enim nihil est contrarium, i.e. subsistentibus convenit nullam contrarietatem ad ipsa ferri quae sit addicta [[alicui]] qualitati vel alicui proprietati alterius rationis; qualitatis dico dissimilitudi\nis

¹ hic] vel hoc P.

² Post diversa fortasse signum extat quo ad additionem marginalem iam deperditam referebatur lector.

aut/ similitudinis generalis vel specialis, non enim Socrates fertur contra Platonem aliqua contrarietate neque Plato contra hominem nec homo contra hominem nec homo contra animal nec animal contra animal; nullum enim animal contrarium est animali, sed album est contrarium albo. Sed quod hic dicitur de animali verum est de albo, item quod dicitur de albo verum est de animali. Sed non ver[[or]]a est haec affirmatio ‘album est contrarium albo’: subiectum suscipit nomen rei praedicatae, sed animal est subiectum, ergo suscipit nomen rei praedicatae, unde videtur posse colligi ‘animal est contrarium’, quod falsum est. Non enim subiectum suscipit nomen rei praedicatae qualibet qualitate subiectum, sed aliqua qualitate subiectum cui addicta sit res quae praedicatur. Similiter cum dicitur ‘animal non est contrarium animali’, si vera est haec negatio, subiectum non suscipit nomen rei praedicatae; sed album est subiectum, ergo non suscipit nomen rei praedicatae, ergo album non est contrarium. Cum dicitur “subiectum non suscipit nomen rei praedicatae si vera est negatio”, dividendum est: vere [[non]]¹ non suscipit nisi in tropicis, ut ‘bonum est bonum’ ‘bonum non est bonum’, et in his in quibus est subiectum tali qualitate² subiectum \c/ui non sit addictum praedicamentum, quod praedicamentum illius qualitatis suppositione[m] intelligitur a³ subiecto remotum. In his enim licet negatio sit vera, tamen subiectum dicitur suscipere nomen rei praedicatae. Ideo autem dictum est superius qualitatem generalem vel specialem tantum non esse causam contrarietatis quia differentia substantialis causa est [[causa est]] contrarietatis, ut rationale et irrationale.

Dictum est quoniam nec prima primae neque secundae secunda contraria est. Similiter nec aliud quid novem praedicamentorum erit primae vel secundae substantiae contrarium. Primae nihil eorum erit contrarium quia neque genus neque species, reliqua vero omnia quae sunt in novem praedicamentis praeter genera et species partes sunt primae substantiae. Unde patet nullum eorum esse contrarium primae, idem enim sibi esset contrarium. Quod patet ex praedictis. Neque secundae aliquid eorum erit contrarium, nullum enim genus vel species

¹ non] *an vocem recte legerim et an expuncta sit non omni a parte mihi ipse persuasi.*

² qualitate] *an qualitati scribendum?*

³ a] *super a signum videtur, quo fortasse indicatur aut vel autem legendum esse.*

neque alia a generibus et speciebus (sunt enim in compositione eiusdem primae cum secundis), idem enim inconueniens sequeretur.

<5.3b25> Maximae¹ enim substantiae quid erit contrarium? Quasi pro evidenti ponit.

<5.3b27> Non est autem hoc substantiae proprium sed <etiam> quantitati, bicubito enim nihil est contrarium quia neque tricubitus neque quadricubitus neque aliquid quod sit supra numerabile, est enim bicubitatio² \i/n eorum compositione, unde idem aliqua ratione sibi esset contrarium. Item bicubitus alii bicubito non erit contrarium, quia idem si non singularitate saltem similitudine esset sibi contrarium. Neque unum uni simili ratione, neque uni bicubitus, est enim unum [[bicubitus]] in \bi/cubitatione, et omne bicubitus est unum, et idem sic sibi esset contrarium. Item bicubitatio lineae non est contraria, si enim bicubitatio et lineae \in/essent contrarietates, cum linea et bicubitus <at>io sint in eodem, omne enim bicubitus est lineatum, contrari[or]um in eodem et secundum idem.

<5.3b30> Nisi quis multa forte paucis dicat esse contraria. Forsan aliquis secundum regulas artis grammaticae <diceret> quantitates esse causas contrarietatis. Grammatici enim \non/ dividentes inter genera rerum dicunt nomina alia sumpta a qualitatibus alia a quantitatibus, ut ‘magnus’ ‘parvus’, <et> non dividentes inter quantitates et ea quae addicta sunt quantitatibus magnitudinem et parvitatem enumerant inter quantitates. Quos ali/75vB/quis sequens forsitan has relationes quantitates esse diceret, et sic quantitatibus inesse contrarietatem. Magnum enim parvo dicebant quidam esse contrarium, quod impossibile est; idem enim est magnum [est magnum] et parvum, ut milium ad aliud et ad aliud comparatum, et sic eidem inessent duo contraria. Sive ergo ista sint quantitates sive non, quantitati nihil est contrarium.

<5.3b31> Determinatorum vero nullum nulli est contrarium. Determinatorum dico, i.e. quantitatum, magnitudinis sc. et multitudinis, supra exemplis assignatarum. Dicens enim “bicubito nihil est contrarium” quamlibet [[multitudinem comprehendit]] magnitudinem

¹ maximae] primae *Arist. l.c.*

² bicubitatio] *vel* bicubitus P.

complexus est, deinde sub hoc nomine “determinatorum”¹ quamlibet multitudinem comprehendit. Dividitur enim sic: quantitas alia magnitudo, alia multitudo. <5.3b32> nullum nulli est contrarium. Satis dixisset “nullum” vel “nihil alicui est contrarium”. Quod tamen dixit “nullum nulli” \non/ est contrarium huic, mos enim erat Aristotelis vehementer negare.

<5.3b33> VIDETUR AUTEM SUBSTANTIA NON SUSCIPERE MAGIS ET MINUS. Nota quoniam haec nota substantia non ex ratione supponendi ponitur hic ut supra cum dicitur “substantia alia magis est substantia”, ut species magis substantia aliqua ratione dicitur quam genus, neque ex ea ratione praedicandi qua dicitur “substantia susceptibilis est contrariorum”. Ponitur enim ibi pro generalissima forma, hic vero pro qualibet subsistentia, nulla enim subsistentia causa est intensionis et remissionis, non enim aliquod esse intenditur vel remittitur secundum se vel aliud secundum ipsum. Quod ita probat: omne esse aut simplex \a/ut compositum, omne vero esse compositum, ut humanitas, circumscriptum et determinatum est, non enim sufficiunt pauciora vel suscipit ampliora ad sui perfectionem. Nam si quid defuerit, aut omnino desinet esse homo aut minus integer erit; destructa enim bipedalitate minus est integer homo. Albedo vero causa est intensionis et remissionis, subiectum enim intenditur et remittitur secundum illam, dicitur enim magis album et minus album secundum albedinem, non quod albedo ab albedine magis et minus sit, vel quod ipsa magis efficiat album, non enim albedo magis efficit album alia albedine, sed efficit magis album, ut cum ‘album’, non cum ‘efficit’, ‘magis’ con<s>truatur. Dicitur autem magis album vel minus aliquid duabus rationibus: vel quod plures partes albedine occupantur, vel quod puriori albedine, cui mixtura aliorum colorum non est impedimento. Facilis enim mixtura aliorum colorum saepe impedit albedi[di]nem. Quod ideo contingit quia quemadmodum albedo accidentalis est, ita et effectus ipsius est accidentalis, unde est quod aliorum colorum absentia magis album dicitur, mixtura vero minus album dicitur. Simplex vero esse, ut rationalitas, neque ita occupat partes neque mixtura aliquorum

¹ determinatorum] decem P.

est impedimento ipsius effectui. Ut enim ipsa substantialis est, ita et effectus illius.

Nota quoniam albedini speciei vel nigredini non est addicta intensio vel remissio, nec alicui esse. Si quis dixerit quod quia intensio addicta albedini, albedo vero corpore/76rA/itati, et ita per medium intensionem esse addictam corporeitati, nihil est quod dicitur. Item si quis dixerit Platonitatem esse causam intensionis et remissionis, quia subiectum secundum aliquas partes ipsius, nulla est obiectio: non enim istae rationes “intensio” et “remissio” sunt addictae alicui nisi secundum plenitudinem partium, ut contrarietas.

Nihil assignatorum proprie dicitur proprium substantiae. Est autem proprium quod hic assignat, hoc <5.4a10> quod cum sit unum et idem numero susceptivum¹ est contrariorum, i.e. quod cum substantia permaneat immutabile omnibus generibus suis et idem numero, i.e. numerabile inter res easdem et eiusdem generis inter quas fuerat ante susceptionem contrariorum; substantia, dico, permanens sic est susceptibilis² contrariorum, et hoc tam prima quam secunda: Socrates enim permanens idem omnibus generibus suis susceptibilis est contrariorum, similiter et homo.

Sed opponitur de oratione, quae quia est genere corpus et substantia, non videtur habere locum quaestio. Sed tamen quia oratio non est oratio genere sed ratione, i.e. impositione et significatione, quemadmodum nomen non genere sed ratione, i.e. impositione et significatione dicitur nomen, rationabiliter opponitur. Similiter de visu, et de actione quae dicitur prava et studiosa, sed tamen aliqua actio non dicitur prava vitio aliquo nec studiosa virtute aliqua sua, sed alicuius, i.e. agentis; et simili tropo quo dicitur ‘pratum ridet’, et quemadmodum nomen dicitur genus non generitate aliqua sed alicuius, et intellectus similiter, res autem proprie sua generitate et est et dicitur genus, ita oratio non dicitur vera aliqua veritate sed alicuius, nec intellectus, sed proprie res sua veritate vera dicitur. Et quod intellectus dicitur verus, prima transumptio est; quod oratio, secunda transumptio dicitur.

¹ susceptivum] subceptivum P; similiter subceptionem paullo infra praebet P.

² susceptibilis P hic et paullo infra.

Ad huius rei evidentiam quid veritas sit videamus. Veritas est naturae ratio, qua dicitur verus aer, vera aqua, vera scientia; qua haec substantiae veritas perpenditur. Haec descriptio secundum Augustinum data est.¹ Alibi tamen dicitur “veritas est ratio tam naturae quam nati”. Quod similiter posset hic dici, sed ibi dicitur plenius, hic vero proprius. Natura enim praeest naturali, non enim ut corpus est a corporeitate corpus, ita corporeitas est a corpore corporeitas. Hoc attendens dixit “ratio tam naturae quam nati”.² Habet namque haec veritas esse ex concretis, i.e. ex eo quod subest et ex eo quod inest, ut corporeitas dicitur et est vera corporeitas ex efficiendo, ex eo quod inest corpori, corpus vero ex eo quod subest corporeitati et in se habet tamquam esse suum, est et dicitur verum corpus. Et est notandum quod quemadmodum diversa genera horum, i.e. corporeitatis et eius quod corpus est, ita diversae sunt veritates. Sed auctores non consueverunt verum dicere propositionem veram attenta veritate praedicati vel subiecti, sed attendendo veritatem quae sese emergit ex \compositione/³ media natura horum altrinsecus positorum, cuius compositionis veritas quando est, propositio vera iudicatur; omnis namque veritas ex compositione habet esse. Cum vero mens agit intellectu offendente in ipsa <m> compositione <m> quae est, ex offens[[ione]]\a/ illa, quia rem concipit ut est, transumptione intellectus verus dicitur. Oratio etiam compositionem significans et intellectum in ipsam offendentem interpretans, secundo vera dicitur.

Attende quod omnes istae propositiones ‘Socrates est lapis’ ‘Socrates non est lapis’ ‘margarita est lapis’ ‘beryllus est lapis’ significant eandem compositionem. Non dico eandem quantum ad integritatem componentium, sed quantum ad [[int]]\un/um: omnes enim significant eandem lapilleitatem, et ita idem; secundum alterum, quantum ad integritatem, nullo modo idem significant. Dicunt tamen has duas propositiones ‘Socrates est lapis’ ‘Socrates non est lapis’ prorsus

¹ Cf. *Everardi Dial. p. 285*: De hac veritate sic ait Hieronymus: Veritas naturae ratio quidem est, secundum quam dicitur verus aer et vera aqua et vera scientia, qua haec substantiae veritas comprehenditur. *Idem p. 284*: Veritas sic describitur: Veritas est ratio substantiae rei. [...] secundum Hilarium. *Compendium Logicae Porretanum IV.1 (CIMAGL 46: 63)*: Veritas est ratio substantie rei, ut ait Hilarius.

² tam naturae quam nati] non naturae non nati P.

³ compositio *supra lineam additum glossa esse videtur qua natura media exponatur.*

eandem significare compositionem, sed alteram, i.e. ‘Socrates est lapis’, dicunt significare esse compositionem, negativam vero, i.e. ‘Socrates non est lapis’, eandem non esse. Sed hoc nihil est, idem enim est dicere acsi diceret “Significant idem componi et non componi”. Item, si significarent eandem compositionem, sicut vera est ista ‘Socrates non est lapis’, ita et haec ‘Socrates est lapis’.

Nota quod hoc nomen ‘albus’ videtur significare compositionem. Significat enim albedinem otiari in subiecto, quod alii dicunt “in adiacentia”, et significat id quod est album. Hoc verbum vero ‘albet’ videtur magis accedere ad compositionis significationem. Significat enim pro substantia albedinem et non otiari in subiecto, pro persona illum qui [est] albet, et ita videtur significare compositionem. Sed auctores non dicunt significare compositionem nisi significatur illa compositio notis seorsum positis, i.e. ut nota una teneatur praedicatum et alia subiectum. Quod attendens Aristoteles ait: “‘est’ <consignificat> quandam compositionem quam sine compositis non est intelligere”,¹ compositionem enim significat² non solum in rebus quae componuntur, sed etiam in vocibus, ut sc. quemadmodum est in rebus compositio ita et in vocibus.

Si /76rB/ quis dixerit hoc nomen ‘verum’ vel hanc orationem imperfectam ‘verus intellectus’ significare verum et ita non esse solius propositionis significare verum, non valet oppositio. Cum enim dicitur “Propositio sola significat verum”, dicitur ratione interpretationis, sola enim propositio interpretatur ex exponit verum. Cum vero dicitur “Hoc nomen ‘verum’ significat verum” ratione rei, i.e. substantiae, dicitur; significat enim pro substantia id quod verum est, sed non interpretatur neque exponit ipsum. Similiter haec oratio ‘verus intellectus’.

Dictum est quod omnis propositio quae significat compositionem praedicati ad subiectum significat verum. Sed quae significat compositionem praedicati ad subiectum, quae compositio est, significat id quod verum est. Illa vero quae <s>pondet compositionem praedicati ad subiectum quae non est, id quod significat verum [[ut quod dico verum faciat in qualitate et in subsistente]] est falsum, et ita

¹ *Arist. Int. 3.16b23-25.*

² sine compositis non est intelligere compositionem enim significat] s.c.n.eti.(?) compositis enim facit P.

hoc verbum [[ipsum]] rationis, i.e. 'significat', est substantivum et transitivum. Substantivum et transitivum est cum dicitur 'significat verum' i.e. "quod ea significatur est verum", ut quod dico 'verum' faciat in qualitate et in subsistente. Substantivum est cum dicitur 'significat verum', nec tamen verum est quod ea significatur, ut quod dico 'verum' faciat in qualitate et \non/ in subsistente.

Quaeritur, cum haec propositio 'Socrates non est lapis' sit vera, qua veritate est vera. Non enim est vera veritate ipsius, nulla enim est veritas negationis. Quodsi negatio vera dicitur, quasi oppositio est in adiecto: aliquid enim esse¹ negationem et esse veram² opposita sunt, omnis enim veritas ex compositione est. Ergo haec propositio 'Socrates non est lapis' nulla veritate vera est, immo vera est absentia veritatis compositionis affirmationis, quam <s>pondet haec affirmatio 'Socrates est lapis'. Nihil enim est aliud hanc negationem 'Socrates non est lapis' esse veram quam hanc affirmationem³ 'Socrates est lapis' esse falsam.⁴ Significat enim negatio ista 'Socrates non est lapis' [esse] non esse quod illa affirmatio 'Socrates est lapis' significat. Item haec propositio 'Socrates est caecus', quae forma vocis est affirmativa, sensu vero negativa, vera est absentia veritatis compositionis affirmationis, quam spondet haec affirmatio 'Socrates videt'.

Rursus ante mundi constitutionem verum quidem fuit dicere 'Non est aliquid', cuius negationis veritas [[ex nulla compositione]] ex nulla compositione [est] erat: non enim aliquorum compositio fuerat. Vera enim erat absentia <compositionis> quam spondet haec affirmatio 'Aliquid est'.

<6.4b20> QUANTITATIS ALIUD CONTINUUM, ALIUD DISCRETUM. De quantitatibus Auctor \iam⁵/ post substantias agit, sc. de quibusdam praedicamentis quae sunt mensurae subsistentium, et de generibus illorum praedicamentorum. Videtur autem ordo iste esse inconveniens:

¹ enim esse] esse enim *cum signis transpositionem faciendam indicantibus* P.

² veram] *an verum scribendum?*

³ affirmationem] \a/firmationem P.

⁴ falsam] falsum P.

⁵ iam] *lectio incerta.*

prius enim agere deberet de qualitatibus. Quod duabus rationibus potest probari. Quarum altera est quod quaedam qualitates substantiales sunt, ne dicam substantiae. Mediae enim sunt inter substantias et accidentia, utrorumque enim contineⁿt rationes: substantiarum quia sunt esse, accidentium quia praedicantur in quale. Est iterum alia causa quod quantitates addictae sunt qualitatibus, qualitates vero quantitatibus numquam; sed quicquid est addictum alicui posterius est eo cui est addictum; quare cum qualitates quantitatibus quae eis sunt addictae priores sint, de illis prius agere deberet. Aliud autem Auctor consideravit, quod validius est et magis in causa: animus enim prius concipit rem quantam quam qualem. Ex quo enim aliquid est aliquo genere, eo genere est unum; si pluribus generibus, [[illis est]] illis est plura. Praeter hoc est de ratione quod quandam principalitatem obtinent inter accidentia unde principale exemplar dicuntur in animo conditoris. Quaecumque enim deus creavit, in numero et pondere et mensura creavit. Item, omni subsistentiae addicta est quantitas, et magis vicinatur subsistentiis primae rationis quam substantiales differentiae. Secernatur enim et seorsum intelli^{76vA}gatur generalissima forma primi praedicamenti: erit una vel plures. Unde actu rationis et ordine disciplinae de quantitatibus prius agendum qualitatibus. Supra etiam secundarum substantiarum proprietatem assignans quantitatis verbum interseruit.¹

Agit itaque de quantitatibus non definiendo – logicus enim est, cuius non est definire, sed demonstratoris – sed dividendo et exempla ponendo et quid proprie dicatur proprium quantitatis investigando. Dividit ergo sic: <6.4b20> Quantitatis aliud continuum, aliud discretum. Quantitatis nulla videtur esse divisio, nulla enim quantitas est vel continua vel discreta, solum enim subiectum est vel continuum vel discretum. Continuatio enim et disgregatio² rationes sunt subiectorum, subiecta enim habent partes copulatas ad communem terminum, quibus idem est terminus et copulatio, quantitas autem nullas habet partes, omnis enim quantitas est simplex. Cum igitur dicitur “Quantitatis aliud continuum, aliud discretum”, “aliud” non refert quantitates sed subiecta quantitatum, et est sensus “Quantitas alia

¹ Cf. *Arist. Cat.* 5.3b28-32.

² disgregatio] *fort. discretio scribendum, at cf. inferius.*

continui, alia discreti”, quod est dicere: quantitatum aliae causae continuationis, aliae sunt causae disgregationis. Quod ergo dicit “continuum” et “discretum”, ratione subiectorum assignat proprietates quantitatum.

Notandum quod haec divisio non est generis in species neque subiecti in accidentia neque aliqua de reliquis. Si vero essent nomina sumpta a causa continuationis et disgregationis quae ponerentur pro nominibus istarum rationum, obtineret eundem locum in naturali facultate quem locum optinet generis in species divisio in eadem facultate.

Videtur insufficienter agere de quantitate cum non agat de simplici, quantitas enim alia simplex, alia composita. Quod enim dico “composita” ratione subiecti dico. Simplex quantitas est ut unitas, instans, [[ut]] punctus; unitas enim metitur subiectum, [ut composita quantitas]. Composita quantitas alia magnitudo, alia multitudo, alia mora: Magnitudo ut inter <s>titium, intervallum; multitudo ut numerus; mora ut tempus, perpetuitas, aeternitas.

Nota quod quemadmodum in praedicamento substantiae non curavit doctrinam facere de substantiali differentia, ita in hoc praedicamento non facit doctrinam de simplici quantitate. Nos autem de ea dicamus, et prius de unitate, quae dividitur iuxta rationem divisionis facultatum. Ut enim alia est facultas naturalium, alia rationalium, alia moralium, quarta facultas theologorum, sic alia unitas est addicta naturis, alia rationibus, alia moribus, alia proprietati auctoris, i.e. essentiae (quod dico iuxta formam loquendi). Addicta est unitas naturae tam simplici quam compositae; compositae ut humanitati, simplici ut albedini. Mori est addicta ut cum dicitur ‘bonitas est una’. Rationi ut ‘singularitas est una’. Proprietati etiam auctoris est addicta, ut cum dicitur [[bonitas est una ratio]] ‘divina essentia est una’. Attendendum quod unitas tantum praedicatur de subsistentibus de quibus praedicantur praedicamenta quibus est addicta. Impossibile est enim praedicari de illis quibus est addicta.

Relictis unitatibus aliis de illa unitate quae naturis est addicta agendum est. Unitas est addicta omnibus praedicamentis cuiuscumque rationis, excepta se ipsa, de quibus nullo modo praedicatur nisi tropice. Cum enim dicitur ‘corporeitas est una’, tropus est, et est sensus “subiectum corporeitatis est unum unitate quae est addicta

corporeitati", ut dicitur 'albedo est clara' i.e. "subiectum albedinis est clarum claritate addicta albedini". Si vero dicatur 'unitas est una', maior tropus est; cum dicitur 'genus¹ unitatis est unum' †concendit†² tropum; cum dicitur 'denarius est unus'³ et 'decem sunt unus', facie et superficie videtur unitas praedicari, sed neque tropice neque proprie praedicatur: non enim subiecta aliqua unitate sunt aliquid neque unitas est decem unitatum. Est autem sensus harum propositionum: 'decem sunt †decem†'⁴ et 'denarius est unus' i.e. "non nisi decem unitatibus aliqua sunt decem", aequipollent enim huic 'decem sunt semel decem'. Similiter exponendum est 'binarius est unus' vel 'duo sunt unus', nulla enim ratione praedicatur unitas. Quod quidam putabant arguere ex hac regula "Omne genus partis praedicatur de toto"; haec autem regula non facit nisi in continuis totis. Item nulla quantitas est composita, sicut nec albedo.

Quid unitas sit videamus.⁵ Unitas est simplex quantitas addicta praedicamentis cuiuscumque rationis. Omnem enim proprietatem comitatur in subiectis, unde quot sunt proprietates in [[subiecto]] \[sc.] Socrate/, tot \sunt/ unitates, non tamen dicitur plura una, sed [una sed unum] unum ratione unius personae. Unitas autem numeri est principium, numerus vero est sive numeratio acervus ex unitatibus profusus.⁶ Dividitur autem sic: numeratio alia collectio, alia distributio.

Collectio est cum multa numerata /76vB/ unitatibus addictis qualitatibus similitudinis, diversis proprietate et singularitate, [cum] ad idem nomen possunt reduci collectione, ut cum dicitur 'Hoc est album et illud est album, ergo duo', 'Quae duo?', 'Duo alba': istud 'Quae' refert diversitatem substantiarum albedinum. Contra, si quaeratur 'Quid

¹ genus] *lectio incerta*.

² concendit] intendit *scribendum suspicor*.

³ unus] *non intelligo, nisi forte numerus subaudiendum sit*.

⁴ decem] *an unus scribendum?*

⁵ *De unitate et distributione quae dicit noster cum eis conferas quae Gilbertus DTrin. I.3, pp. 101-104 Håring. Praeterea videas Compendium Logicae Porretanum III.16-17 (CIMAGL 46 [1983]: 41).*

⁶ Cf. Boeth., *Arithm. 1.3*: Numerus est unitatum collectio, vel quantitatis acervus ex unitatibus profusus. *Compendium Logicae Porretanum III.16-17 (CIMAGL 46: 41)*: Numerus autem in <Arismetica Boetii> describitur: "Numerus est unitatum collectio sive quantitatis acervus ab unitatibus profusus".

duo?’ <et> dicimus ‘Duo alba’: istud ‘Quid’ refert intercedentem conformitatem albedinum. Et sicut ad interrogationem factam per ‘Quae’ redditur plurale nomen, ita ad interrogationem factam per ‘Quid’ redditur singulare [plurale] nomen.

Distributio est cum \multa/ numerata unitatibus addictis qualitatibus diversis dissimilitudinis ad idem nomen collectione reduci non possunt, sed sicut numerando distribuuntur, ita post numerationem remanent distributa. Distributio vero alia vera, alia imaginaria. Vera ut cuius est praedicta assignatio; imaginaria est illa in qua vel est distributio substantiarum et iteratio qualitatum, vel iteratio substantiarum et distributio qualitatum, vel est utriusque distributio vel utriusque iteratio. Distributio substantiarum et iteratio qualitatum est ut ‘rationale et irrationale’, ut de toto et de parte intelligatur. Distributio qualitatum et iteratio substantiarum est ut ‘hoc est album et hoc est sedens’, ut de eodem dicatur. Distributio utriusque ut ‘homo, homo’ ut de Socrate et de Platone intelligatur. Iteratio est utriusque ut ‘sol sol, deus deus’. Cum vero dicitur ‘homo homo’, quia de diversis dicitur, vera videtur distributio; cum tamen idem nomen sit a qualitate similitudinis, imaginaria dicitur. Si vero dicatur ‘homo homo’ ut de vero et de picto dicatur, quoniam prorsus diversa sunt, vera videtur esse, cum tamen alterum sit similitudo et imago alterius, imaginaria dicitur. †V^c†¹ Ea vero quae faciunt in distributionibus sunt haec. Quae vel unum sunt et² idem prorsus, ut ‘sol sol’; vel unum et idem, sed non prorsus, ut ‘rationale irrationale’;³ vel unum et aliud et \non/ dis<s>imile, ut ‘homo [[album]] homo/’; vel unum et aliud et dissimile ut ‘hoc album et hoc nigrum’.

Unitas est in subsistentibus, et de his solum praedicatur, ut patet ex praedictis, et est addicta omnibus praedicamentis subsistentium excepta se ipsa. \Ø/⁴ Unde si dicatur ‘duae unitates’ vel ‘tres’ vel ‘quattuor’, non est numerus numerorum sed subiectorum.

¹ V cum c supraposito fere praebebat P; non intelligo.

² et] vel P.

³ irrationale] et rationale P.

⁴ Signum huius fere figurae supra primam litteram vocis Vnde extat, quod quo spectet nescio.

Notandum est quod hoc nomen 'duo' non descendit ab unitate, neque plurale est unius, ut quidam putant. Nullam enim naturam significat, sed rationem. Qualitas enim ratio est, quam significat. Quae qualiter est una, taliter habet subiectum unum, i.e. duo. Item 'primum' et 'secundum' non sunt nomina numerorum; plus enim est in his quam quod sit necessarium ad numerationem, ordinis enim designativa sunt.

Attende quod unitate destructa quicquid est destruitur, sed non ex natura accidentis sed ex natura proprii; est enim proprium cuiuslibet afficientis subiectum. Ex hac enim ratione proprii destructa destruit <ur>, de natura enim colligantiae est accidentis ad substantiam quod neutrum possit esse sine altero. Quod vero dicitur hac regula,¹ sc. "Quod non dat copulatio non tollit destructio", pueris dictum est; quod hac similitudine falli potest: gaudium facit ridere, ergo dolor facit [[facit]] flere – non sequitur.

Linea vero et superficies, soliditas, locus alterius sunt rationis. Numerus enim est tam subsistentium corporeorum quam incorporeorum; ista vero corporeorum tantum sunt mensurae, et subiectorum ratione habere partes dicuntur, ut hoc lineatum quamlibet² non recusat sectionem, non enim occurrit animo ultima divisio, sic linea qua illud mensuratur recipit sectionem in infinitum, sed cum idem subiectum sit puncti et line<ae> eiusdem subiecti ratione punctum videtur dividi posse, quod non est. Licet enim unum subiectum sit puncti et lineae, quia tamen ex mensura puncti non intelliguntur diversae partes subiecti – puncto³ enim absque omni motu mensuratur – non dicetur posse recipere sectionem.

Alia tamen ratione linea et omnis quantitas simplex dicitur. Nulla enim forma iuxta magistrum Gilibertum composita est nisi sit composita ex rebus diversorum generum, ut humanitas, cuius⁴ compositio ex diversitate effectuum perpenditur: sensibilitas enim alium effectum habet, et alium rationalitas, et sic de reliquis.⁵ Lineae vero

¹ regula] recula P.

² quamlibet] quodlibet P.

³ puncto] punctio(?) P.

⁴ cuius] eius P.

⁵ Cf. *Gilberti Porretani DTrin.* I.2.57-58, pp. 90-91 Häring: 57. Cuiuslibet enim subsistentis tota forma substantie non simplex est. Atque illorum, que toti ipsi uel

tantum un[i]us est effectus, i.e. esse lineatum, unde simplex esse dicitur. Quod si hoc est in argument[[orum]]\um/ et in ratione \illam/ simplicem esse, quia un[i]us eius tantum est effectus, corporalitas, quia unus eius tantum effectus est, i.e. \esse/ corpus, non erit composita. Sed quia partes unius corporis diversis corporalitatibus sunt corpora ex quibus omnibus est una corporeitas, quae totum est corpus, composita esse dicitur. Similiter linea. Simplex itaque dicitur contra diversitatem effectuum, composita vero ratione subiecti ut praedictum est.

Nunc vero quid linea sit videamus. Linea ergo est intervallaris et spatiosa progressio secundum quoslibet motus mensurans subiectum quattuor motibus cessantibus. Sex enim motus sunt: unus qui est a retro in ante, alius qui est ab ante in retro, /77rA/ alius est a dextrorsum in sinistrorsum, alius a sinistrorsum in dextrorsum, alius a summo ad imum, alius ab imo ad summum. Secundum quos¹ motus dicuntur tres dimensiones: una enim quaeque dimensio habet duos motus. Itaque quaelibet protractio² secundum quoslibet duos horum motus aliis quattuor cessantibus linea dicitur. Quae et si protendatur a cardine usque ad cardinem, bicubitalis potest esse; si vero medio terminetur vel tertia vel quarta parte bicubitalis potest esse; haec eadem linea si pluribus punctis quam duobus terminetur, tricubitalis vel quadricubitalis vel ultra potest esse.³ Et ita numerus punctorum excedit numerum linearum nisi linea sit orbicularis, quae uno puncto terminatur. Omnis enim linea adminus duobus punctis clauditur, excepta praedicta.

singulis eius partibus adsunt, accidencium multo numerosior est multitudo. Que tamen omnia de subsistente dicuntur ut de aliquo homine tota forma substantie qua ipse est perfectus homo: et omne genus omnisque differentia ex quibus est ipsa composita ut corporalitas et animatio et huiusmodi alie: et denique omnia que uel toti illi forme adsunt – ut humanitati risibilitas – uel aliquibus partibus eius – ut color, qui corporalitati, et scientia que adest rationalitati – et huiusmodi alia infinita. 58. Ipsorum quoque, que de subsistente dicuntur ab efficiendo, natura est multiplex. Nam et ea, que est tota forma substantie hominis, non modo ex eo quod ipsa tota eum, in quo est, facit hominem sed et ex eo quod alia parte sui eundem facit animatum, alia sensibilem, alia rationalem recte dicitur “esse aliquid”.

¹ quos] q^ou^os P (*litteris o supra q & u positis*).

² protractio P.

³ Quae et si - potest esse] *Haud scio an corrupta*.

Punctum vero lineae non est aliqua pars, ut quidam putant, sed est positio tantum a qua linea vel alia quaelibet mensura, ut superficies, soliditas et locus incipit metiri. Quod punctum non sit pars lineae patet: linea enim nihil est aliquo genere nisi linea, neque efficit nisi lineatum. Quod attendens Boethius, sc. punctum non esse partem lineae, i.e. nihil esse quantum ad lineam, ait “Si punctum puncto <addas>, nihil prorsus efficies, tamquam si¹ nihilum nihilo addas.”² Dictum <est> lineam habere partes ratione subiecti corporis, cuius est mensura, et quemadmodum corpus subiectum natura recipit divisionem in infinitum, ita et linea, et hanc infinitatem naturae non repudiat philosophia, sed [in]finite de infinitis †et agere caute ubique†.

Omnis linea duobus clauditur terminis excepta circulari, ut praedictum est, quae uno terminatur. Linea enim alia directa, alia pro[s]tracta, alia superperpendicularis, alia orbicularis. Orbicularis vero est quae a puncto incipiens per circumferentiam ducitur ad eundem punctum. Nihil enim est aliud ipsam copulari ad eundem terminum quam illam sic duci per circumferentiam, ubi sine omni intervallo et inter<s>titio in eodem terminetur a quo incepit. Lineam duobus [[duobus]] punctis terminari nihil est aliud quam sic terminari ut ultra terminum nihil quod sit linea protendatur, infra nihil sit nisi linea. Ponatur vero punctum ipsum ut sit terminus duarum linearum. Quid erit duas lineas terminari uno puncto? Nihil aliud prorsus erit quam ipsas sic coniu<n>gi, sic copulari ut nullo intervallo, nullo inter<s>titio, nulla distantia copulentur. Quod si aliquid interfuerit, illud aut erit de linea aut erit in alio subiecto quam linea, subiectum enim lineae totum

¹ tamquam si] cum quantum si P.

² *Haec verbatim apud Boethium non inveni, at cf. Boeth. Inst. Arithm. 2.4 p. 87 Friedlein: Neque enim punctum puncto superpositum ullum efficit intervallum, velut si nihil nulli iungas. Apud commentatores in Arist. Cat. haec leguntur: Abaelardus, Log. Ingr. Cat. p. 181: Ipse etiam Boethius in Arithmetica dicit, quod si punctum puncto supponas, nil efficies, tamquam si nihilum nihilo iungas. Anon. Comm. Cat. cod. Berol. 2^o 624: 84rB: Dicit Boethius “Si punctum puncto addas, quasi nihil nihilo addis”, ergo linea non fit ex punctis. Item Anon., Comm. Cat. cod. Patav. BU 2087: 22rA: Quod linea non constat ex punctis probo: dicit Bo(ethius) “Si punctum puncto addas, nil amplius efficies” †quia(?) si† {fort. quasi scribendum} nihilum nihilo addas, si nihil efficies, ergo nec lineam efficies, ergo linea non constat ex punctis. Anon. D’Orvillensis, Comm. Cat., CIMA GL 70 (1999) 309: Dicit Boethius: “Si punctum puncto addas, nihil maius efficies”.*

lineatum est, aut erit prorsus in inani; quod quia totum impossibile est, punctum nihil esse videtur. Similiter cum linea terminus sit superficie <i>, et superficies sit terminus soliditatis, licet ratiocinari de ipsis ut nihil esse videantur.

Quid superficies sit videamus. Superficies ergo est intervallaris et spatiosa progressio mensurans corpus secundum quoslibet IIII motus, aliis duobus cessantibus.

Quid soliditas sit similiter videndum est. Soliditas est intervallaris et spatiosa progressio subiectum corpus mensurans secundum omnes motus quaeque tota totius corporis secundum omnium positionem partium ipsius mensura est. Transumptive corporis nomine corpus dicitur, haec enim se tota corpus totum mensurat secundum omnes partes, et quemadmodum linea ex lineis, sic superficies ex superficiebus et soliditas ex soliditatibus, et ut punctum est terminus lineae et linea superficiei, sic superficies est terminus soliditatis; et ut linea ratione subiecti corporis natura sectionem in infinitum recipit, sic superficies et soliditas, cuius sc. soliditatis particulae offendunt in particulas ipsius loci. \Ø/¹ Ut enim totum corpus soliditate mensuratur, similiter loco; sed particulae soliditatis sunt occupatae, loci [[offendunt in particulas ipsius loci]] vero particulae sunt occupantes. Locus enim est circumscriptio et refrenatio vel coartatio particularum ipsius corporis,² et est de intrinsecus affixis. Sed quamvis, ut dictum est, locus sit tota mensura corporis sicut soliditas, tamen soliditas vicinior est corpori, locus remotior – non dico secundum situm, sed ordine intelligendi: prius enim occurrit intelligentiae corpus subiectum habere terminos corporis de corpore – “de corpore” dico quia termini corporis de corpore corpora sunt. Deinde occurrit intelligentiae [qua] soliditas qua totum corpus mensuratur. Post hanc vero mensuram statim occurrit intelligentiae ipsa refrenatio sive coartatio partium ipsius corporis ne³ ultra progrediantur, quae coartatio locus dicitur. Hic locus subiecto manente numquam mutatur, locus vero de ubi frequenter mutatur, et locus quantitas de mundo praedicatur cum dicitur ‘mundus est localis’.

¹ Signum insertum quo spectet nescio. Cf. 76vB.

² Cf. *Compendium Logicae Porretanum* III.24 (CIMAGL 46: 47): Locus quantitas est circumscriptio corporis ne partes eius in infinitum protendantur.

³ ne] lectio incerta.

Locus etiam de ubi de mundo praedicatur, quia enim de parte praedicatur et de toto, omnis enim natura partis praedicatur de toto; mundus enim locatus est secundum omnes partes fere. Quicquid enim habet dextrorsum et sinistrorsum, sursum deorsum, ante et retro, in loco esse dicitur. Quod quia non habet quaelibet ultima pars mundi, quia non est aliquid ultra, quidam reformidant dicere mundum esse in loco.

Notandum quod spiritus circumscripibilis dicitur, non quod circum-
<s>criptio praedicetur de illo, sed ne immensitas crea/77rB/toris videatur praedicari de creatura. Dicitur enim spiritus circumscriptus i.e. immensus.

De linea et superficie et soliditate et loco et unitate dictum est. Restat de mora.¹ Sed notandum est² <quod> sicut unitas est subsistentium et est in illis ut quae extrinsecus sunt affixa, ita mora est subsistentium et est in illis, et sicut <unitas> de subsistentibus proprie praedicatur, de subsistentiis tropice, ita mora de subsistentibus proprie praedicatur et de subsistent[[bus]]\iis/ cuiuscumque rationis³ tropice praedicatur; et ut subsistens est unum unitate, ita mora qua moratur est morans. Hoc autem interest quod sicut unitas est addicta naturis cuiuscumque rationis, non ita mora est addicta cuiuslibet rationis naturis: est enim mora genus acciden<<s>> quod neque est addictum ipsis subsistentibus neque eis quae s<<unt>> subsistentium, i.e. subsistentiis, sed est accommodata habitibus, medianis compositionibus, rationalibus affectibus,⁴ quas, i.e. medianas compositiones, grammatici vocant affectus verborum. Unde tempus etiam dicitur esse accommodatum ad affectus verborum. Multiplex enim est verborum significatio. Significant enim substantiam et personam, et prae<ter> substantiam volunt etiam personam, volunt <et> affectant habitum, medianam compositionem; affectum ut 'albet' [[et prae his significat rationalem]] hoc verbum significat substantiam et albedinem et personam quae alb<<et>>, et prae his significat rationalem actionem quae cum substantia agit in personam. Unde ex

¹ De mora et tempore cf. *Compendium Logicae Porretanum* III. 20-23.

² est] *lectio incerta*.

³ rationis] r(?)<<a>>tionis P.

⁴ affectibus] effectibus P, *ut videtur*.

quo deus omne concretum creavit, quamdiu mora associabitur habitui, subsistens erit morans illa mora; postquam vero habitus ille dissolvetur, subsistens desinet esse, quod fuit illa mora.

Quoniam \vero/ concretorum ***¹ alia quidem sunt [[generaliter]] aeternaliter, alia perpetue, alia temporaliter, ad hanc rationem morae facienda est divisio: mora alia aeternitas, alia perpetuitas, alia tempus. Aeternitas est mora simplex et singularis addicta habitibus qui nec actu nec natura incepterunt esse, nec actu nec natura terminum habebunt, ut deus, pater, filius, spiritus sanctus, auctor, dominus. Sed quod dico “habitus” secundum formam loquendi dico. Utrum secundum diversitatem habituum diversitas aeternitatum sit, aut una eademque sit, alias explanabitur. Perpetuitas est mora simplex, una et singularis, partibus carens, addicta habitibus qui et actu et natura esse incepterunt, et si natura terminum habebunt, numquam tamen actu, ut corpus, qui habitus etsi natura possit annihilari², numquam tamen actu; ex quo enim semel est corpus, semper erit corpus. Tempus est mora, non dico una neque simplex vel singularis, sed mora addicta habitibus qui et actu et natura esse incepterunt et actu et natura terminum habebunt, ut habitus qui emergit se ex quolibet accidente et corpore, ut albus. Alii [[me]] dicunt “Tempus est mora mobilis rerum”. Alii melius dicunt “Tempus est immobilis mora rerum”. Nulli tamen bene dicunt. Si³ enim quaelibet naturae indifferenter continue sine motu subiecta sua afficerent, nullum credo philosophum usum \fuisse/ temporis appellatione. Mora talis quae tempus vocatur est praedicamentum huius rationis. Unde Aristoteles ait <6.4b24> “Amplius autem praeter haec tempus et locus”.

De mora quae ad huius praedicamenti rationem attinet dicendum est. Sed quoniam mora alia continua composita praedicatur, alia simplex praedicatur,⁴ diversi habitus attendendi sunt secundum diversitatem qualitatum afficientium subiecta sua, ut qui habitus, sicut albedinis et albi, rationalitatis et spiritus, longitudinis et eius quod longi-

¹ ***] *spatium vacuum* 4 fere litterarum capax reliquit P, nihil tamen desiderari videtur.

² adnichillari P.

³ si] .s. i.e. scilicet P.

⁴ praedicatur] fortasse erasit P.

tudine longum est – qui habitus quoniam simul sunt in eodem subiecto vel in diversis quantumcumque diversis, morae his habitibus addictae neque simplices neque compositae continuae praedicantur. Sed si attendantur habitus qui sunt per successionem, ut albedinis et albi, palloris et pallidi, nigredinis¹ et nigri, primo enim inest albedo, secundo successit pallor, tertio nigredo – morae his habitibus addictae continuae compositae praedicantur. Mora vero addicta habitui qui est humanitatis ad hominem simplex praedicatur; cum vero dicitur ‘est homo’ hoc verbum ‘est’ iparticon² est, i.e. substantivum, i.e. totum est esse simul et desinet esse simul. Unde mora addicta habitui una simplex singularis praedicatur, quia totum esse hominis /77vA/ simul incipit et totum esse simul desinit. Si etiam dicatur ‘est homo est homo est homo’ vel quantumlibet repetitur secundum plenitudinem proprietatis manente subiecto et qualitate, mora simplex praedicatur. Similiter si ‘albet’ sit iparticon, ut totum esse albi simul sit et totum simul desinat esse, mora simplex praedicatur. Sin autem est sinclesticon,³ i.e. temporale, ut totum esse non simul esse incipiat et totum non simul esse desinat sed successione quadam et decessione⁴ subiectum albeat, mora continua composita praedicatur, ut hoc verbum ‘legit’ sinclesticon [[.. temporale]] est, actionis enim huius verbi pars praeterita est, pars est in i <n> stanti, pars est futura. Multiplex enim actio huius verbi, quod ex eo potest ..⁵ adverti quod qui legit multipliciter agit: movet enim labia et lingua percurrit palatum, respirat, inspirat etc. unde morae addictae his habitibus qui sunt ex multis motibus continuae compositae praedicantur. Simples vero et permanentes et singulares nullam habent continuationem, nullam compositionem, non enim transeunt ad modum fluentis

¹ pallidi nigredinis] *ordine inverso P a.c.*

² iparticon] i.e. ὑπαρκτικόν. Cf. *Prisc. Inst.* 8.10.51: Cum enim tempus fluvii more instabili volvatur cursu, vix punctum habere potest in praesenti, hoc est instanti. Maxima igitur pars eius, sicut dictum est, vel praeteriit vel futura est, excepto ‘sum’ verbo, quod ὑπαρκτικόν Graeci vocant, quod nos possumus “substantivum” nominare; id enim omnium semper est perfectissimum, cui nihil deest.

³ sinclesticon] *Vox mihi ignota. Auctorem se voce graeca uti putasse nullus dubito, nec multum dubito quin ex adiectivo graeco corrupto derivata sit; fontem tamen invenire non valui.*

⁴ decessione] decresione P. *Correxī coll. Gilberti DTrin* I.4.77-85, pp. 130-132 *Häring.*

⁵ ..] *pars litterae videtur, ante quam fortasse altera ante paginam resectam extitit.*

aquae. Exeat vero comparatio ad alias moras, quae quadam successione et decessione¹ <<habe>>nt esse. Non enim ex se nec in sua †lageh'† fluxum habent [[esse in subiecto]] sed in †atropo† aliarum, i.e. in fluxu[m] et decessione² aliarum quae simul habent esse in subiecto eodem vel diversis quantumcumque diversis. Ac per hoc dicitur 'fuit homo' 'erit homo', non quod desierit esse homo sed ratione qualitatis fluxae, morae fluxae, habitus fluxi³ comitantium [[ee]] moram addictam habitui qui est humanitatis ad hominem, erit homo non quod non sit \homo/ sed ratione qualitatum et compositione expectatorum. Harum morarum quae tam diu permanet quam diu sol moratur in peragrando zodiacum annualis et [[annis]] annus dicitur; vel si moratur tam diu quam diu sol moratur venire ab oriente in occidens⁴ dicitur esse dies, et pro⁵ diversitate spatiorum dicitur [per] mensis unus vel hebdomada una vel nox una vel plures noctes etc. Et quoniam unius subiecti multae qualitates sunt, impossibile est enim subiectum esse unius qualitatis, et quoniam pro diversitate qualitatum attendenda est diversitas habituum, quibus habitibus diversae morae addictae sunt, quoniam hoc est, quodcumque subiectum erit unius diei erit mille dierum, et quicquid fuerit unius anni erit infinitorum annorum. Infinitae enim morae, quarum unaquaeque est annus, de subiecto praedicantur, ut cum dicitur 'moratur album per annum, et nigrum, et pallidum', et plures aliae. Sed quia omnes istae morae simul sunt, non dicitur plures anni sed ratione consortii unus annus, et subiectum unius anni dicitur esse, non plurium annorum.⁶

¹ successione et decessione] succetione et decretione P,

² decessione] deceseione P.

³ qualitatis – fluxi] qualitatis fluxae habitus morae fluxae fluxi P a.c. *Signis cum transpositionem quandam faciendam esse iuberet scriba, quo loco quaeque vox ponenda esset minus diligenter indicavit.*

⁴ occidens] occidente P.

⁵ pro] lectio incerta.

⁶ Cf. Gilberti *DTrin* I.4.68, p. 128 *Häring*: Nam iuxta numerum rerum, quae durant temporibus, ipsorum quoque, quibus durant, est temporum numerus. Quorum tamen aliqua decedentium et succedentium continuatione uel simul essendi consortio uniuntur. Ac per hoc multa tempora unum tempus i.e. unus anus unus mensis unus dies una hora unum momentum dicuntur.

Nota quod sicut unitas est subsistentium et de illis proprie praedicatur, ita mora est eorundem et de illis proprie praedicatur. Et sicut subsistentiae carent omni genere, ita carent omni mora. Et qualis tropus est cum dicitur ‘unitas est una’, talis tropus cum dicitur ‘mora est morans’.

Utrum tempus de quo loquimur sit praedicamentum de quando an sit genere quantitas videndum est. Si enim sit praedicamentum de quando, nihil est quod diximus; si non¹ sit, Auctor videtur obviare dicens “‘currit’ significat nunc esse”. Sed in hoc quod significat “esse” \mora/, quae² genere quantitas est, tenetur implicita. In hoc vero quod “nunc”, tempus quando tenetur. Non tamen ‘currit’ significat duo tempora, unum enim et idem tempus absolute significatum est in praedicamento quantitatis et idem collati/77vB/ve, i.e. \in/ comparatione significatum, est [...] praedicamentum[o]um/ [quantitatis] quando, non enim est inconueniens idem esse in diversis praedicamentis, diversis modis significatum. Similiter locus absolute significatus est in praedicamento [in prae] quantitatis, in comparatione vero significatus est in praedicamento quando. Haec divisio “tempus aliud praesens, aliud praeteritum, aliud futurum” est vocis in modos. Eadem enim mora est praesens et praeterita et futura ex comparatione diversorum, sicut idem est finitum et infinitum, et idem est prima et secunda substantia.

Oratio vero est discreta quantitas quae, quoniam significativa est et constat ex litteris et syllabis et dictionibus, quae omnia tota sua substantia sunt corpora, oratio quantitas esse non potest. Quoniam vero in informando aerem et ictu et flatu partium orationis mora est, ex consortio orationis et morae flatuum transumpto nomine orationis ad ipsam et ipsius ad orationem utrumque utriusque nomine appellatur. Dicitur enim oratio quantitas, et quantitas oratio. Sic enim graeci logon dicunt flatum, i.e. orationem, et moram ipsam et mentis conceptionem, cuius ipse flatus interpretatio est.³ Item, si mensura non mensuratur sed mensura aliquid mensuretur, quoniam flatuum alii sunt longiores, alii

¹ non] *potius v(er)o P.*

² quae] *lectio incerta.*

³ interpretatio est] interpretaturus est **P** *a.c.*; interpretati **P** *p.c.*, *ut videtur.*

bre\uvior/es – mensura[[n]]tur [[enim]] enim syllaba longa brevis –, ex hac, inquam, ratione patet quoniam oratio quantitas esse non potest.

Nota quod quamlibet syllabam compositam vocat hic orationem. [[quam]] Quoniam vero orationis partes non omnino continuae sed discretæ sunt et quibusdam inter<s>titiiis divisæ sunt, ut apparatus linguae et labiorum¹ unius syllabae ad aliam syllabam, similiter morae discretæ sunt, quae quamvis diversae sint pro diversitate partium orationis, tamen ad instar ipsius orationis, quae quasi quiddam compactum est ex dictionibus et aliis \singulari/ nomine ab Auctore oratio dicuntur, cuius nominis singularitate fisis dixit “discreta”. Cuius item nominis, i.e. “discreta” singularitas trahit secum sequentis nominis singularitatem, i.e. “quantitas”, cum sit vitium in primo et secundo et tertio. Nullo enim modo una quantitas esse possunt, sicut morae quarum altera est addicta habitui qui est albedinis et albi, altera est addicta habitui qui est nigredinis et nigri, circumscripta et seorsum attenta mora addicta habitui qui est palloris et pallidi, quae mora erat interposita – illae, inquam, morae nulla [[nulla]] ratione sunt una quantitas. Sed cum² omnis mora sit vel aeternitas vel perpetuitas [[restat esse tempus, et esset quidem species temporis]] vel tempus, et mora praedicta non sit aeternitas vel perpetuitas, restat esse tempus, et esset quidem species temporis nisi quia³ huic addicta est interruptio, illi vero continuatio, quae rationes contra se faciunt.

Tempus ergo aliud continuum, aliud discretum. Sed quoniam diversi sunt habitus diversorum flatuum – alius enim est habitus significationis ad ipsum aerem, alius est habitus nominationis ad ipsum nomen, et plures alii – cui horum habituum praedicta mora accommodata sit attendendum est. Sed, ut dictum est, sicut diversi habitus attendendi sunt secundum diversitatem qualitatum afficientium subiecta, ita morae diversae attendendae sunt secundum diversitatem habituum; quot enim qualitates sunt, tot sunt habitus, et quot habitus, tot morae addictae illis habitibus [[ut alius est crispitu albedinis ad Socratem, alius est crispitudinis ad ipsum, et aliae morae]]. Et ita quot sunt Socrat[itat]is qualitates, tot sunt habitus, et tot morae addictae illis habitibus; ut alius

¹ lapiorum P.

² sed cum] vel sicut P.

³ quia] quid P.

est albedinis ad Socratem, alius est crispitudinis ad ipsum /78rA/, et aliae morae addictae illis habitibus. Et sic de aliis. Sed quamvis multi habitus sint multarum proprietatum ad Socratem, et multae morae, tamen ex omnibus est quasi unus singularis habitus proprietatis dissimilitudinis ad Socratem, et mora addicta habitui una est, [[unde]] unde Socrates non plura morantia sed unus morans dicitur. Similiter mora praedicta, quae oratio dicitur, addicta est habitui proprietatis [[vel quasi proprietatis]] vel quasi proprietatis cuiuslibet flatus ad ipsum flatum.

De puncto et linea et superficie et loco et tempore et oratione dictum est. Harum autem mensurarum aliae sunt secundum subiectam substantiam, aliae sunt secundum habitum ex esse subsistentis. Secundum habitum ex esse subsistentis sunt ut morae tam [[dis]] continuae quam discretae. Aliae omnes sunt secundum subiectam substantiam, ut linea quae mensurat subiectum secundum staturam ipsius; secundum lineam enim mensuratur subiectum longum vel breve, [[non secundum staturam ipsius]] secundum moram vero¹ mensuratur subiectum longum vel breve non secundum staturam sed mensuratur quantum sit in proferendo, et ita longum et breve aequivoce accipiuntur.

< 6.4b20 > Quantitatis aliud continuum, aliud discretum i.e. aliud est causa disgregationis, aliud continuationis, et aliud quidem ex habentibus positionem ad se invicem, aliud ex non habentibus positionem. Partes habere positionem ad se invicem exigit haec tria: ut habeant permanentiam et continuationem et situm. Permanentiam habere est partes durare. Continuationem habere est unam partem ibidem incipere sine intervallo ubi alia terminatur. Situm habere est partes esse eiusdem subiecti – non dico partes esse subiecti, sed naturas subiecti. Quod si aliquod eorum defuerit, non poterunt partes habere positionem, ut partes numeri: quamvis enim permanentiam habeant, quia tamen cetera desunt, positione carent; \partes temporis, licet habeant situm, quia tamen permanentia carent et positione carent;² et orationis partes, quia sine continuatione et permanentia sunt, positione carent./

¹ vero] non P.

² carent et] carent(?) a() P, ut videtur.

Videtur posse opponi de partibus numeri, qui numerus est partium eiusdem subiecti. Partes enim eiusdem subiecti numero non tantum †altero sed alterutro† differunt, ut pes et pes numero, substantia, termino differunt, et ita numero partes istae differunt, cuius sc. numeri partes videntur habere positionem cum habeant permanentiam et situm, sunt enim unius subiecti; et continuationem videntur habere quia sunt continui, et sic positionem videntur habere, quam non habent. Licet enim continui sint, quia tamen sic mensurando, i.e. duabus unitatibus, et¹ considerando talem mensuram non intelligitur continuum subiectum, positionem non habent. Vel etiam unitates seorsum a subiecto attentae nulli termino \communi/ iunguntur.

Similiter opponitur de partibus numeri totius et partis, cui praedicta facit solutio. Vel possumus dicere quod Auctor² inter partes eiusdem totius et³ inter totum et partem non dicit esse numerum.

Attendendum quoniam numerus alius est naturalis, alius est qui dicitur numeratio, sc. substantia huius verbi 'numero' 'numeras'. Numerus naturalis praecedit ratione creationis et essendi, ad quem Deus /78rB/ omnia creavit, qui, licet nihil numeretur, non minus tamen est. In hoc non servamus ordinem: saepe etenim quod praecedit ratione creandi, posterius numeratur; ut si dicatur de spiritu 'hoc est unum' et de corpore 'hoc est aliud': praecedit enim corpus creatione spiritum. In numeratione servamus ordinem, prius enim numeratur unum quam duo.

<6.4b22> Est autem discreta quantitas ut numerus et oratio i.e. discretorum,⁴ continuum vero linea, superficies, corpus. Continuum dico, i.e. continui quidem continue mensurati; sic enim mensurando vel talem mensuram considerando subiectum continuum intelligatur.

<6.5a38> PROPRIE AUTEM SUNT HAE SOLAE QUAS DIXIMUS QUANTITATES. De linea et superficie et soliditate et aliis mensuris similis generis dictum est. Nunc quae connexiones propriae, quae impropriae dicantur, videndum est. [[Sed si de alio praedicetur]] Multis

¹ et] *vel* vel P.

² autor P.

³ et] *vel* vel P.

⁴ i.e. discretorum P.

modis dicitur connexio propria et impropria. Quotiescumque enim natura de subsistentibus praedicatur, propria est connexio. Sed si de alio praedicetur, impropria et figurativa erit [erit] connexio. Tamen, quamvis semper sit propria praedicatio sive connexio quando naturam subsistenti reddimus, tamen iuxta rationem illius quo supponimus ipsum subsistens propria et aliquando impropria iudicatur. Si potestati illius quo susci<pi>mus est addictum praedicamentum vel si de eo est ut pars constitutiva, propria erit praedicatio vel complexio sive connexio dicatur. Verbi gratia: ‘homo¹ est risibilis’ ‘homo est animal’. Sed si aliena sit adminiculatio² subiectionis, impropria erit praedicatio vel connexio, ut ‘album est musicum’, nam si illud cuius adminiculo suppositio fit respiciamus, impropria fit praedicatio. Sed si illud quod materiam locutionis constituimus inspiciamus, congrue reddimus ei praedicamentum. In hoc loco tamen Aristoteles hanc consequentiam connexionis non recipit.

Diximus quod non potest natura de natura enuntiari absque figura. Tamen si fuerit ei addicta, consequentiam ibi retineamus, ut ‘linea est longa’. Et has duas consequentias Aristoteles concedit. Hoc autem Aristoteles intelligens ait hae solae sunt quantitates quas diximus i.e. quantitibus praedictis proprie supponimus subsistentia si³ praedicamenta sibi addicta enuntiemus, vel de eisdem, i.e. praedictis,⁴ mathematice aliquid dicamus, ut ‘lineatum est longum’ et ‘linea est longa’; sed si ad haec praedicamenta quae quantitates sequuntur aliis administramus subsistentia vel de eis abstracta⁵ enuntiamus, per accidens fit.

Nota quod cum dicitur ‘linea est quantitas’, non dicitur ex sensu universalis, sed ex sensu universitatis. Licet enim possit ita exponi “linea est quantitas, i.e. praedicatione lineae ostenditur subiectum esse alicuius quantitatis, ut hic ‘est lineatum’”, non tamen ita exponendum est, sed sic: “linea est quantitas, i.e. omnis lineae praedicatione cuius sit quantitatis subiectum ostenditur”, ut cum dicitur ‘hoc subiectum est

¹ homo] non P.

² amminiculatio P.

³ si] *vel* non P.

⁴ praedictis] prae. P.

⁵ abstracta] abstracti P.

bipunctale' vel 'tripunctale' etc., 'est bilineare' vel 'trilineare' etc. Hic enim non solum alicuius quantitatis subiectum ostenditur, sed cuius sit quantitatis, et ita non solum ex sensu huius universalis "linea", quae super lineata est, universe dicitur, sed ex sensu universitatis, i.e. omnis lineae.

<6.5a38> Proprie autem sunt hae solae quas diximus quantitates, i.e. proprie dicuntur quantae i.e. magna vel parva. Non quod in se, sed quod ad se, tamquam ad se veras causas habent magni et parvi. Praedictae etenim quantitates verae causae sunt horum praedicamentorum, i.e. magni et parvi, et hi <s> sub/78vA/iectionem ostenditur ita esse quantum, quod non ¶tex¹ induci, cuius ductione¶ assignetur cuius quantitatis sit.

<6.5a39> alia secundum accidens i.e. alia subicimus tamquam veras causas, et eis ferimus praedicamenta tamquam veris causis, quae nullo modo verae causae sunt. Sic enim dicimus 'album est multum' ferens praedicamentum ab eo cuius est ad aliud, i.e. ad albedinem, non quod ad eius pertineat potestatem sed quoniam albedo se habet ad id quod vere est causa multitudinis. Et hoc est quod ait Aristoteles <5a39> ad hoc aspicientes. Similiter dicimus 'actio est longa' ad hoc aspicientes, non quod eius sit longitudo vel quod ad eius pertineat potestatem, sed quoniam actio habet se ad id quod vere est causa longitudinis, i.e. ad tempus. Similiter 'motus est multus' quod multiplicitate tenetur. Dicitur enim motus multus vel eo quod multo tempore sit, vel quod simul multa mota sint.

<6.5b11> Amplius quantitati nihil est contrarium. Quemadmodum generalis vel <s>pecialis subsistentia et individualis proprietas non sunt causa contrarietatis, sic neque quantitas ¶aliquid¶. Quod probat: indefinitis enim nihil est contrarium, ut bicubito vel tricubito vel alicui talium. Opponit: nisi multa paucis dicat esse contraria ponens praedicamenta haec 'multa' et 'pauca' pro causis, i.e. qualitativis, quibus debentur. Quod dicit Gilibertus ¶marti p(e)rdo merc.¶²

¹] *duae fere voces illegibiles factae sunt.*

² perdo merc.] *vel fort. perdomere P. De hoc loco videas quae in introductione disserui.*

<6.5b22> Rursus in vico plures quidem esse dicimus, in civitate vero paucos etc. Nota quod non exit collatio eorum qui sunt in vico ad eos qui sunt in civitate, sed plures dicuntur esse in vico contra consuetudinem et debitum et loci capacitatem: non enim destinatus est locus ille numerosae multitudini, nec illi qui sunt in civitate conferuntur eis qui sunt in vico, sed dicuntur pauci similiter contra consuetudinem et debitum et locum. Locus enim civitatis destinatus est numerosae multitudini. Unde, licet multi sint in civitate, tamen iuxta loci capacitatem pauci dicuntur esse, et ita qui multi sunt, sunt ibi pauci; et contra, qui pauci sunt, sunt in vico multi. Quod vero sequitur cum sint eorum multiplices non est dictum ut intelligatur fieri collatio illorum ad illos, sed aut haec additio prorsus superflua est, aut tantum facit nominibus; quia enim posuerat haec nomina ‘paucum’ et ‘multum’ dicens plures in vico, paucos in civitate, ideo adiecit cum sint eorum multiplices.

<6.6a11> Maxime autem circa locum. Nulla quantitas est causa contrarietatis, sed locus genere quantitas[[tis]] videtur maxime esse causa contrarietatis quibusdam deceptis nominis aequivocatione. ‘Sursum’ enim et ‘deorsum’ locum praedicant qui alius est a loco quantitatis, habet enim esse ex collatione loci qui est quantitas genere, non dico esse ex loco quantitate quasi ex aliquo componenti, sed confertur locus quantitas et sic habet esse locus ubi. Ut si aliquis beneficium et obsequium alicui [[praeparet]] \praestaret/, sic esset amor non ex praestante neque beneficio quasi componentibus, sed his concurrentibus amor <h>abet esse. Hanc obiectionem quia vilis erat dedignatus est Aristoteles solvere.

<6.6a15> Videntur etiam aliorum contrariorum definitionem ab his proferre. Praedicta aequivocatione similiter errantes quidam dicebant a locis quantitatum tamquam a causis contrarietatum definitionem aliorum contrariorum proferre.

<6.6a26> PROPRIUM AUTEM MAXIME QUANTITATIS EST QUOD SECUNDUM EAM AEQUALE ET INAEQUALE DICITUR. ‘Secundum’ aliquando ponitur, ut hic, potestative, aliquando comparative, aliquando effective. Potestative ponitur ut hic, cum dicit /78vB/ “secundum quantitatem aequale et inaequale dicitur”; [[qualitas est]] ad potestatem

enim quantitatis pertinet, ut cuius est effectus esse aequale et inaequale, i.e. istae rationes "aequalitas" et "inaequalitas". Comparative ut cum dicitur 'hoc est album secundum illum'. Effective vero ponitur ut cum dicitur 'qualitas est secundum quam quales dicimur'.¹ Sed hoc dicens magis attendit denominationem quam rei essentiam: qualitas enim minus est eo quod sit sufficiens ad esse quale, necessarius enim est habitus eius ipsius ad subiectum, qui sc. habitus intelligitur per denominativum. Aristoteles ergo attendens denominationem ait "Qualitas est secundum quam etc."

<7.6a36> AD ALIQUID VERO etc. De praedicamentis quae de subsistentibus in quantum praedicantur et de quantitativis, inquit, hucusque dictum est. Praeter haec autem sunt quaedam quae secundum rem [[non praedicantur ut sunt relativa praedicari secundum rem dico quando illud]] praedicantur, ut qualitates, de quibus prius agere deberet quam de illis quae secundum rem non praedicantur, ut sunt relativa. Praedicari secundum rem dico quando illud quod praedicatur ad ipsum et in ipso sit de quo praedicatur, i.e. absolute et positive, ut est albedo vel quaelibet alia qualitas. Et sic, quia secundum rem qualitates praedicantur, de illis videtur prius acturus esse. Praemittit tamen de relativis hac de causa: relativa enim quaedam ad potestates quantitativum pertinere videntur, ut duplum, triplum et similia ad numeri potestatem pertinere; similiter quaedam quae vere causae sunt referendi addicta sunt quantitativis, ut longitudo lineae. Simili ratione agere deberet de qualitativis, cum quaedam qualitates ad quantitativum pertineant potestatem, nihil enim est coloratum nisi sit lineatum. Alia tamen ratio est quare prius agat de relativis: disputans enim de quantitativis quaedam ad aliquid esse probavit quae quantitates esse videbantur, ut magnitudinem et parvitutinem, multitudinem et paucitudinem. Ne ergo tractatum interrumperet, de relativis, de quibus in tractatu quantitativum mentionem fecerat, post ipsas quantitates agit.

Ad aliquid vero est genus extrinsecus affixum ut alia VI, quod neque est natura innata neque ingenerata, sed est vera causa referendi aliquid ad

¹ Cf. Everardi *Dial. p.* 255: Unde Aristoteles noster describens ab effectu qualitatem ait: *Qualitas est secundum quam quales dicimur*, quasi qualitatis genus, i.e., esse, est facere quale.

aliud. Agit autem hoc modo: prius ponit generalem descriptionem secundum assignationem quorundam †genera non distinguendum quod† convenit omni causae referendi et quibusdam aliis. Deinde \veri/orem assignabit descriptionem.

Confusam vero disciplinam de relativis Aristoteles praestituit: indifferenter enim agit de relativis et relatis relationibus. Dico autem relationes ipsas causas referendi, relativa vero dicuntur ipsa nomina, ut comparativa et primitiva dicuntur nomina; relata vero dicuntur illa quae referuntur.

< 7.6a36> Ad aliquid vero talia dicuntur quaecumque hoc ipsum quod sunt aliorum dicuntur. Hoc ipsum quod sunt¹, dico, qualitativis vel aliquibus proprietatibus supponentibus illa in ratione referendi, ut pater est id quod est pater qualitate in ratione referendi qua² supponitur. Si vero aliqua qualitate vel proprietate sit aliquid qua non supponitur in ratione referendi, nullius momenti est ut dicatur esse /79rA/ alterius. aliorum i.e. non eorum quorum sunt nec eorum in quibus sunt, sed eorum quorum non sunt et eorum in quibus non sunt; dicitur enim pater filii pater, non enim secundum rem, i.e. absolute, praedicatur. vel quomodolibet aliter ad aliud, i.e. vel per hanc notam ‘-[h]is’ vel ‘-um’ vel ‘-o’ et sic de reliquis potest fieri relatio, ut maius minore maius: quod enim hic praedicatur est maius; ad aliud est, i.e. ad minus, dicitur enim ‘maius minore maius’, non ‘maius maiore maius’, sicut non dicitur ‘pater patris pater’ sed ‘filii pater’.

< 7.6b4> Habitus enim est alicuius habitus etc. Nota quod dicit “habitus est” et non dixit <“habitus dicitur”>. Illius enim est habitus cuius esse dicitur. Habitus enim rei habitae habitus dicitur, et positio positae rei positio.

< 7.6b11> Sunt autem accubitus et statio etc. Apponit quaedam ex quorum appositione datur intelligere quoniam cum dixi positionem et habitum esse ad aliquid [est], ex sensu universalium istorum dixi, non ex sensu universalitatis, i.e. ex sensu [[ali]]\h/arum specierum

¹ hoc ipsum quod sunt P.

² qua] quae P, ut videtur.

“accubitus” “stationis” et “sessionis”, et talium: non¹ enim hae species verae causae sunt referendi.

<7.6b15> INEST AUTEM CONTRARIETAS IN RELATIONE.²

Relationes sunt personae non secundum aliquid personae sed secundum totam personam. Relationum plures secundum nullam personae rationem³ personae sunt, et hae quidem nullo modo causae contrarietatis sunt, quae et si plures sint unius personae, quia tamen non sunt secundum plures partes non praedicantur in pluralitate, ut paternitates sicut unitates quae personae sunt non secundum partem, ut addicta plenitudini proprietatum, et humanitati et animalitati et morae addictae habitui plenariae proprietatis et humani<tatis> et animalitatis, quia, inquam, omnia ista singularia unius speciei personae sunt totaliter, non secundum partem, sed secundum⁴ idem simul, non praedicantur in pluralitatem. Aliae vero quae totius sunt secundum partem, quoniam verae causae \vel res/ non sunt, causae sunt contrarietatis, ut virtus et vitium etc. Paternitas vero numquam est causa contrarietatis. Cum autem dicitur ‘Socrates est pater Platonis’, multiplex est propositio, et praedicatur de Socrate paternitas, de Platone vero filiatio, aequivalet enim istis duabus ‘Socrates est pater’ et ‘Plato est filius’, et insuper praedicatur habitus quo Socrates habet se ad Platonem et quo Plato habet se ad Socratem, et sic valet has duas ‘Socrates habet se ad Platonem’ et [quo] ‘Plato habet se ad Socratem’, et sic IIII valet, hoc enim plus est in multiplici ‘Socrates est pater Platonis’ quam in illis duabus ‘Socrates est pater’ et ‘Plato filius’. In hac propositione ‘Socrates est Platonis pater’ praedicatur singularis paternitas Socratis iuxta significationem totius termini, sc. ‘pater Platonis’, non tamen cum dicitur ‘Plato est filius Socratis’ praedicatur singularis filiatio Platonis iuxta significationem, universale enim praedicatur, quod sic potest dividi: filius Socratis alius Plato, alius Cicero. Potest tamen praedicari singularis Platonis filiatio non secundum significationem unius vocis sed plurium, ut si dicatur ‘Plato

¹ ante non nescioquid litterae c inversae simile habet P.

² intest – relatione] lemma sine linea subducta reliquit P.

³ rationem] lectio incerta.

⁴ sed secundum] secundum sed P a.c.

est hic filius Socratis, Socrates est pater plurium', hic plures praedicantur paternitates secundum significationem horum terminorum 'pater plurium', plures enim non eundem habent effectum, ut plurium pater sit una, sed plures plurium faciunt eundem patrem – quae quidem dividenda erat: eundem i.e. eandem personam faciunt patrem plurium pluribus paternitatibus, non faciunt eundem una, sed eundem pluribus paternitatibus faciunt patrem plurium; habet autem unaquaeque suum effectum in patre, haec enim facit patrem unum huius filii, et recedens tollit esse patrem eiusdem, remanet tamen pater altera et alterius, non tamen plures dicitur patres.

< *** >